19 Feldtafeln

Hohenlohe

1840



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/memorialejurisci00buno

MEMORIALE
CORPORIS
JURIS CIVILIS R.
PANDECTARUM,
CODICIS,
NOVELLARUM
&
FEUDALIUM.

MEMORIALE
JURIS CIVILIS ROMANI,

QUO

TITULI OMNES ET PRÆCIPUÆ LEGES, Quæ in quinquaginta DIGESTORUM ſeu PANDECTARUM libris ſunt, emblematibus & imaginibus ita effiсta exhibentur, ut, unà cum TITULORUM MATERIIS, eorum etiam NUMERI memoriæ imprimi, contineri ac reddi; quin etiam LEGES illæ præcipuæ ad ſuos referri TITULOS facili negotio queant,

Ad

Minuendos in ſtudio juris labores excogitavit & communis boni causâ edidit

JOHANNES BUNO.

Præfatione artificii hujus uſus explicatur.

HAMBURGI,
Typis exſcripſit GEORG REBENLIN.
Proſtat GUELFERBYTI apud Conradi Bunonis heredes.

M. DC. LXXIII.


PIETATE ET JUSTITIA.

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DN. GEORGIO WILHELMO,
BRUNSVICENSIUM ET LUNEBURGENSIUM
DUCI INCLUTISSIMO,
ECCLESIÆ NUTRICIO,
PUBLICÆ TRANQVILLITATIS CUSTODI,
LIBERTATIS ASSERTORI,
LITERARUM CONSERVATORI,
PATRI PATRIÆ,
OPTIMO,
PIO,
JUSTO,
FELICI,

HOC MEMORIALE JURIS IN PIETATIS GRATÆ ET OBSEQUII HUMILLIMI ARGUMENTUM
D. D. D.

Humillimus & Devotiſſimus
JOH. BUNO, A.O.

SERENISSIME PRINCEPS
AC DOMINE,
DOMINE CLEMENTISSIME

VT TIBI novum hoc opus, commodumqve juris diſcendi artificium mente devotisſimâ conſecrem, ipſa me jubet pietas debitumq; obſeqvium. Timidè tamen & verecundè id offero, ſummæ dignitatis Virtutumqve Tuarum fulgore territus; ex quibus tamen me recreat animumqve addit ſingularis illa in tam excelſo faſtigio Humanitas & Facilitas, CELSISSIMÆ proſapiæ veſtræ ferè propria: qvâ nemo tam humilis, cui ad TE non pateat aditus: adeò in admittendo facilis, in audiendo humanus & patiens, & in dimittendo benignus exiſtis, ut ſæpèqvis ſummæ dignitatis in TE veritus DUCEM, cum metu & trepidatione accedat, mox plenus gaudio admirans recedat, in tanti PRINCIPIS perſonâ Gravitatem Humanitate, Severitatem Serenitate, &

te, & Majeſtatem Comitate mixtam eſſe. Equidem, qui te vident, emicare vident, quod non vulgari, ſed ſingulari cultu ac veneratione dignum eſt. Ipſam in facie mentem vident puram totaq; honeſtate ſplendidam, ſplendore laudabilem & generoſam. Licèt verò omnes Virtutes TUÆ ſint; omnium tamen præſtantisſimas, PIETATEM & JUSTITIAM, quibus PRINCIPES, quod Auguſtus apud *Senecam* ait, *Dii ſunt*, conſiliorum & actionum tuarum TIBI elegiſti rectrices: id quod ſymbolo illo Tuo, PIETATE & JUSTITIA, profiteris. Quippe puræ RELIGIONIS amorem verumque DEI cultum, à Majoribus Tuis hereditate acceptum, ſanctisſimè tueris, &, ut ſubditis tuis rectè conſervetur, diligentisſimè curas: Religioni JUSTITIA proxima eſt, cui TEipſum, PRINCEPS OPTIME, alligaſti, non ſolùm, quantum tibi permiſſum, ſed quatenus permiſſum, probè memor; atque ſola laudanda TIBI licere credis. Iſto reliquarum Virtutum ſole univerſum imperii TUI corpus colluſtratur, in tribunalibus, dicaſteriis & conſiliis ad publicam ſecuritatem & quietem jus Tuâ Auctoritate accuratisſimè adminiſtratur. Sed tamen

non niſi ex neceſsitate pœnas delinqventibus decernis. Nam ubi venia, qvàm vindicta, ſalubrior eſt: ubi citra ſeveritatem ſecuritas habetur, parcis, qvum punire poſſes; oſtendisqve, qvàm invitus aſpero remedio manus admoveas. Potentiam Tuam placidè & ſalutariter exerces, qvi amari, quàm timeri, mavis; miſereri, quàm iraſci. Benevolentiâ poteſtatem, ſalute Severitatem mitigas, & rigorem CLEMENTIA; quæ virtus Principum propria eſt: unde rectè appellantur CLEMENTISSIMI. Accedunt virtutes reliquæ, PRUDENTIA, VIGILANTIA, FORTITUDO, TEMPERANTIA. Prudentia, reliquarum Virtutum lux & anima, belli pacisque ratio, conſiliorum & negotiorũ regula, Tibi in contubernium divinitus data eſt, unà cum ſorore ſuâ VIGILANTIA, ideoq; Argus es, vides omnia, occupatus ſemper & pro ſalute ſingulorum & univerſorum vigilas; dum alii veniant ad quietem. Fortuna quidem cæca eſt, at Principe vigilante circumſpicit, ſibiq; providet. Fortitudine verò Tuâ, quam à fortisſimo Patre tuo, memoriæ glorioſisſimæ, Defenſore Religionis & Libertatis ſtrenuisſimo, traduxiſti, non ſolùm, quicquid regis, ſuſtines; verùm

etiam

etiam Imperii dignitatem fulcis. Temperantia quidem privata magis virtus eſt, quàm publica; ſed in exemplum valet publicum. Utinam omnes Germani noſtri Te imitati intempeſtivam & inſanam perpotandi conſvetudinem, quæ à Te, PRINCEPS OPTIME, & aulâ Tuâ longè remota eſt, pari modo averſarentur. Hæ virtutes principes, PIETAS, JUSTITIA, PRUDENTIA, TEMPERANTIA, reliquas in famulitio ducunt, quo verior & expresſior Principis exiſtis imago, qvi priùs Optimus, quàm Maximus, eſſe ſtudes. His igitur fulcris adverſùs caſus inimicos veſtra ſubnixa ſtirps Celſisſima per tot ſecula incolumis ſtetit, ac ſubinde ſurrexit altior. His ducibus fortunam habuiſtis in obſequio, licèt aliàs virtutem ducat fortuna; cui veſtra virtus nil cesſit, maria licèt tempeſtatesque infeſtæ fuerint concitatæ, ut nocerent. Sed rerum arbiter DEUS præſtò fuit, minas & tempeſtates iſtas represſit, conſilia & arma direxit. Idemque, qui PIETATIS & JUSTITIÆ opera cernit & remuneratur, faciet, ut in poſterum utraque proſperè eveniant & ex voto cadant; ut, quantum Tu, PATER PATRIÆ, ex piè & juſtè geſtis, curâq; ſalutis publicæ capies gloriæ, tantum populus tuus conſequatur felici-

 tatis.

tatis. Conſiliarii Tui, qui in aulâ Tuâ occupantur, Miniſtri tui, Decora Virorum, Prudentiâ, Fide, Obſequio, Te, Princeps Optime, Tuasq; Virtutes meritò venerantur, ipſi ex virtutibus compoſiti, ut eſſent Tui. Hæc conſiliorum lumina, negotiorum columina, ſcopum ferire ſciunt, ut felix & proſperum habeas imperium. Tot igitur Tibi ſunt manus, quot miniſtri, ut regas omnia. Tot aures & oculi, quot familiares, ut ſcias omnia. Tot cuſtodes corporis, quot cives, qui amaris ab omnibus, in omnium tuorum habitans animis. Liberalitate, quâ Principis dignitati nihil accommodatius, alios Tibi concilias, alios Humanitate allicis, cunctos Pietate & Justitia, duabus verè Regiis virtutibus, quibus gloriam meritis Tuis dignam apud poſteros parare ſtudes. Et, Princeps Optime, qui Te adeò munificum, Facilem & Humanum literatis exhibes, nî omnes velint eſſe ingrati, futurus aliquis, cujus ſtylo, ceu penicillo quodam, effigies Optimi Animi Tui depicta & formata immortalitati commendetur, quæ nullo oblivionis ſitu operiatur, nec vetuſtatis injuriâ corrumpatur. Abundant enim Tibi virtutes illæ Tuæ, quas ut poſteri ſequan-

quan-

quantur, reſcribi ad ſe optat PRINCIPUM ultima antiquitas & memoria. Verùm talem debebas laudum Tuarum audire preconem, qualem Trajani Imperatoris felicitas nacta eſt. TUAS, PRINCEPS SERENISSIME, virtutes illuſtrisſimas ego humillimè veneratus, eas tanto breviùs heic volui tangere, quanto laudabiliùs eſt, reverentiam quàm facundiam apud proximos DEO Principes profiteri; dum obſequia mea hoc MEMORIALE JURIS dedico devotisſimus. Nam, quod clementisſimè audies, ſingulari ſtudio adjuvandi Bonas Artes abreptus, nonnulla excogitavi artificia, quorum miniſterio diſcentium labores valde ſunt levati. Opera in Grammaticis & Hiſtoricis bene poſita ſuccesſit ex ſententiâ, id quod multa in his edita & viris ſapientibus probata ſpecimina loquuntur. Ad aſperas igitur difficultates illas, quæ in Titulis Legibusque diſcendis juris ſtudium remorantur, tollendas, juvandamque memoriam à JCtis & jurisprudentiæ cultoribus, qui me ad rem illam expediendam cenſebant aptum, concitatus, arduum & difficile opus aggreſſus, &, multis magnisque laboribus ſuperatis, propoſitum aſſequutus ſum finem: dum Artificium

ficium hoc excogitavi, cujus ope non ſolùm INSTITUTIONES JURIS cum ſingulis paragraphis; ſed etiam Leges ſingulæ duorum iſtorum in Pandectis copioſiſſimorum Titulorum, de VERBORUM SIGNIFICATIONE & de DIVERSIS REGULIS JURIS, in eam redactæ ſunt artem, ut cum Titulorum Legumque materiis eorum numeri, quod aliàs difficillimum, memoriæ confeſtim occurrant. Cujus rei ſpecimen heic publicè exhibitum eſt. Eâdem quoque ratione DIGESTA ſeu Pandectas, CODICEM, NOVELLAS, & conſuetudines FEUDORUM, CORPUS CANONICUM adornavi, atque ita inſtruxi, ut illorum Titulorum numeri cum præcipuis legibus labore non difficili addiſci & memoriâ contineri queant. Ex operibus iſtis Pandectarum quinquaginta libros, præcipuum Jurisprudentiæ opus, ut Cl. JCto *Weſenbecio* in *Oeconomiâ Juris* appellatur, TIBI, PRINCEPS SERENISSIME, humillimè conſecro. Etenim, quum illud ipſum juris corpus Imperatoris Juſtiniani auſpiciis collectum, editum & promulgatum, ut PRINCIPIS Majeſtas non ſolùm Armis eſſet decorata, ſed etiam Legibus armata, exiſtimavi

inven-

inventum hoc, quo Corporis Juris Tituli & Leges præcipuæ, imaginibus & emblematibus expreſſæ, oculorum inſpectioni ſubjiciuntur mem oriâq; facilè accipiuntur ac retinentur, Optimi Principis Nomini Celſisſimo rectè inſcribi, Eiq; offerri poſſe, qui, quantopere Justitiam cum Pietate amplectatur & tueatur, ipſe ſuo profitetur Symbolo. Quicquid ingenio conſtat, Patrocinio alitur, & fomenta Literarum & ſapientiæ ad Principes pertinent. Niſi in Republicâ Literæ ſint, tenebræ ſunt: ſed ſole opus, ut Literæ luceant. Principe opus eſt, à quo Literis ſplendor accedat, cujus præſidio tegantur. Etenim, ſicuti fere nihil tam præclarè dictum aut egregiè factum exſtat, in quod calumniæ & obtrectationis virus non evomat invidia: ita nova ſiquæ excogitantur inventa, iniquam hanc plerumque experiuntur ſortem; quam dum hæc noſtra quoque extimeſcunt, ad Tuam, Princeps Optime, confugiunt clientelam, ut malevoli, conſpecto tanti Principis præſidio, hæc noſtra virulento latratu inceſſere reformident: alii verò, qui cernent, ejusmodi artificia & inventa Tibi non ingrata eſſe, eo lubentiùs illa legant & cognoſcant. Ut

igi-

igitur, PRINCEPS SERENISSIME, animo placato, vultuque TIBI proprio & ſereno volumen hoc ſubmiſſè ſummâque cum reverentiâ oblatum admittere, & me porrò meaſque operas clementisſimè fovere velis, enixè & humillimè rogo: Omnipotentem DEUM asſiduis invoco precibus, ut TE PRINCIPEM SERENISSIMUM, DOMINUM NOSTRUM CLEMENTISSIMUM, omnis generis felicitate cumulatum ſervet incolumem, lætum, florentem; TE PATREM PATRIÆ OPTIMUM in multa longævum ſecula conſervet; TE Virtute, Fortunâ, Gloriâ eminentem ſervet & conſervet, ut patria hæc noſtra auſpiciis Tuis felicisſimis porrò aſſurgat lætior & florentior, quod iterum iterumque precor & voveo

SERENITATIS T. CELSISSIMÆ

Luneburgi,
XIV. Calend. Octobris
A. M. DC. LXXII.

Humillimus & Devotiſſimus
ſ.

JOH. BUNO.

DE MATERIIS PANDECTARUM ad imagines accommodatis.

Ut libri Corporis Juris eò facilius inter ſe diſtingverentur, ſingulos ſuis & peculiaribus circumſcripſimus imaginibus, easq; ad materias, qvas in ſe continent, accommodavimus, ratione mox ſeqvente.

JUſtinianus Imperator Pandectarum libros in Septem diviſit Partes, *de conſtit.* §. 1. *in fin.*

PRIMA Pandectarum PARS Lib. IV primis continet τὰ πρῶτα, *prima* juris & judiciorum ipſumq; judicium *præcedentia.* Lib. I habentur nonnulla *juris Principia* & *Origines*, *Res* & *Iura Perſonarum* cùm privatarum, tum publicarum. In ArcA, *in qva primi libri imagines effictæ, aſſervantur multi libri*, qvibus Juris (1) Origo (2) Leges (3) Conſtitutiones (4) Hominum Status (5,6,7) Rerum Diviſiones (8) & *varia* Magiſtratuum Romanorum *deſcribuntur* Officia. Lib. II agitur de *Iurisdictione* ejuſdemq; *Præparatione*, tam ratione *Iudicis*, qvàm ratione *Litigantium.* Balæna, *validum & vaſtum animal*, Validam & vaſtam *ſignificans* Jurisdictionem (1) *ſuſtinet* libri II *imagines: ex qva* Idem Jus *ſtatuitur* (2) *in* Non Obtemperantes (3) *qvi* in Jus Vocati (4) Non Ierant (5) neq; Satis vel Cautum Dederant (6) *licet* Vi non fuiſſent Exempti (7) Satisdare igitur coacti ſunt (8) *præcipue* ex Noxali Cauſa (9) *cum illo*, Per Qvem factum, qvominus in judicio Siſtant (10) *qvi* Cautionibus factis (11) *ſine* Dilationibus (12) Edebat *actiones* (13) de Pactis (14) & Transactionibus (15). Lib. III *agit* de *Perſonis Acceſſoriis*, qvarum ope judicia commodius exercentur. *Ejus imagines poſitæ ſunt* ad CAdum, *qvem qvum* unus actor vel reus *non poſſet movere aut agere*, Poſtulatus eſt (1) Infamia non Notatus (2) ut Procuret (3) & Univerſitatis Nomine (4) (*eſt enim univerſitatis CAdus*) Negotia Gerat (5) *non uti* Calumniatores (6) Lib. IV eſt de *Reſtitutionibus* & *Receptis.* DAma, *qva libri* IV *imagines geſtat*, ut Reſtitueretur (1) *etiam* Metus Causâ (2) *qvam* Dolo Malo (3) Minores (4) & Capite Minuti (5) Licet eſſent Majores reſtituti (6) Alienarant Iudicii Mutandi Causâ (7) ſed *eam per* Receptos Arbitros (8) *juſſi ſunt* Reſtituere Nautæ Cauponi (9).

SECUNDA Pandectarum PARTE *agitur de ipſis* Judiciis, & *ſpeciatim*, qvæ de Cauſis Privatorum ſunt, *Civilibus Realibus*; abſolvitur libris 5,6,7,8,9,10,11. Lib. V eſt de *Iudicio Ordinando*, & de actionibus de *Vindicando dominio Rei Univerſalis.* Imagines *hujus libri deſcriptæ ſunt veluti* EſcA: EſcA *enim iſta parata eſt* à Judicio (1) his, qvi ex Inofficioſo Teſtamento (2) Petunt Hereditates (3) vel Partem (4) vel Poſſeſſionem (5) etiam Fideicommiſſariam (6). Lib. VI *Singularum Rerum Corporalium* petitiones exponit: *imagines ejus effictæ ſunt circa* FAlcem, qva Dominium Rei Singularis & Corporalis Vindicatur (1) Publiciana in Rem actione (2) *videlicet* Ager Vectigalis (3) Lib. VII agitur de *Dominio Rei Singularis Incorporalis, de Uſufructu* ejusq; affinibus. *Imagines hujus libri ſuſtinet* GAlerus, *per qvē in bello adhibitum* Dominium Rei Incorporalis, *videlicet* Uſusfructus (1) *etiam* Accreſcendo (2) *idq;* Cedente Die (3) *qvorum tamen aliqvi* Amiſſi (4) ac *alii* Uſu Conſumpti (5) *propterea* Uſufructuarius Petit (6) Operas Servorum (7) Uſum & habitationem ædium (8). Lib. VIII agit de *Servitutibus Prædiorum*: HAmus *hujus libri circumſcribit Imagines* & Servitutes (1) Prædiorum Urbanorum (2) & Ruſticorum (3) & Communia (4) *atq; interdum* Servitutes Vindicat (5) *ſubinde qvoq;* Amittit (6) *qvemadmodum interdum piſces eo capti vindicantur atq; amittuntur.* Lib. IX ſunt Actiones ob *Damnum Datum.* IndAgine, qva *libri hujus imagines continentur*, Damnum non unum fuit Datum. *Cætera videantur in explicatione imaginum ad hunc librū.* Lib. X agit de Actionibus qvæ ex *Rei* ipſius *Natura* ſeu *Naturæ Facto oriuntur*: in IAnua *depictæ ſunt hujus libri imagines, per cujus* Naturam *ingrediuntur, qvi habent* Actiones ex Rei Natura. *Cætera videantur in explicatione imaginum.* Lib. XI ſunt Actiones, qvæ ex *Nudo* hominis *Facto* oriuntur, & citra *Contractum Damnumve* in corpus *datum*, qvæ *dura* LApidi *Duro* ſunt inſculpta. *Titulorum connexio vid. in explic.*

TERTIA Digeſtorum PARS libris ſeqventibus octo agit de *Iudiciis Perſonalibus Rerum Creditarum*: Et Lib. XII de *Certi Petitione Certæ Æſtimationis.* MActra, ad *qvā hujus libri imagines effictæ, eſt* Res Certa, *in qva* Res Certæ Æſtimationis. *Reliqva vid. in explicatione.* Lib. XIII agitur de *Certi Petitione Incertæ Æſtimationis.* NAſſa, *in qva hujus libri imagines, tanqvam* Res Certa *petitur*; *cum tamen ipſa ſit* Incertæ Petitionis. *Reliqva videantur in explicatione.* Lib. XIV exponuntur Actiones, & *Incerti Petitiones*, qvæ *dantur* ex *Alieno Geſto*, vel *non dantur.* ObbA, ad *qvam hujus libri imagines, eſt* Res Aliena, ex *qva biberunt*, qvi Alienum geſſerant Negotium. *Reliq. vid. in expl.* Lib. XV enarrantur Actiones, qvæ ex *Patria* aut *Dominica Qvalitate* naſcuntur. *Ejus libri tituli & imagines exhibet* PApaveris caput, qvod eſt ex peculio. *Reliq. vid. in expl.* Lib. XVI agitur de *Contractu* ſeu *Obligatione* ex *Re*; ubi *unius* tantum ex contrahentibus Utilitas vertitur. QvAdra, in *qva hujus libri imagines*, *tantum* ob unius ex contrahentibus Utilitatem vertitur. *Cætera vid. in explic.* Hactenus actum de *Obligationibus*, qvæ *Re* contrahuntur. Lib. XVII *ſeqvuntur* Actiones ſeu Petitiones *Incerti*, qvæ naſcuntur ex *Obligationibus* ex *Conſenſu*, videlicet ex *Mandato* & *Societate.* RAdio, ad *qvem hujus libri imagines, ſcriptum fuit* Mandatum (1) pro Socio (2). Lib. XVIII explicantur *Contractus* ſeu *Obligationes* ex *Conſenſu*, qvæ *Utriusq; Utilitatem æqvaliter* reſpiciunt; qvales ſunt *Emptio & Venditio.* Ejus *libri imagines ſunt* in SAcco, *in qvo* Empta & Vendita ad utriusq; utilitatem aſſervantur. *Reliqva vid. in explic.* Lib. XIX agitur de *Actionibus Empti & Venditi*, & cæteris Obligationum ſpeciebus ſeu *Contractuum ex Conſenſu*, in qvibus *Utrinqve* Contrahentium Utilitas *æqvaliter* vertitur. In Tabula, *qvæ hujus libri exhibet imagines, deſcriptæ* ſunt Actiones Empti & Venditi, aliiq; Contractus, qvi *utriusq;* Contrahentium *Utilitatem* concernunt.

QVARTA Digeſtorum PARS conſtat VIII libris ſequentibus; agitq; de *Adminiculis & Acceſſoriis Rerum Creditarum*, de *Nuptiis & Tutelis.* Lib. XX exponit adminicula Rerum Creditarum in *Pignoribus & Hypothecis.* *Imagines hujus libri diſpoſitæ ſunt circum* VAginam, *qvæ argentea* Pignori (1) *poſita* Tacite (2) *non tamen* obligata (3) propter Potiores (4) qvi diſtrahebant Pignus (5) non Solutum (6). Lib. XXI agitur de adminiculis *Emptori* competentibus; *cujus*

jus libri imagines continet AcErrA, qvæ ſvavem emittens odorem adminiculo eſt Emptori. Lib. XXII exponit tria adminicula, circa Vſuras, Probationes & Ignorantiam. Imagines hujus libri depictæ ſunt in BEtula; qvæ vice aliorum fructuum fert Uſuras: cætera vid. in explic. Lib. XXIII agit de Nuptiis; ac primum de Tempore nuptias Præcedente. Libri hujus imagines portat CEntaurus: qvoniam, ſicut CEntaurus ex diverſis conflatur animalibus; ita ex diverſo ſexu maritus & uxor per matrimonium exiſtunt una caro. Præcedit CEntaurus duos libros proxime ſeqventes, in qvibus etiã agitur de Matrimonio: præcedit, ut poſt Sponſalia (1) Nuptias ex Ritu Celebret (2) atq̃ earum cauſa accipiat Dotem (3) ſecundũ Pacta Dotalia (4) cum Fundo Dotali (5). Lib. XXIV explicat ea, qvæ pertinent ad Tempus Conſtantis Matrimonii & ad Conſequens ex parte Mulieris. Libri hujus imagines effictæ ſunt circa DEntiſcalpium aureum, qvod marito Donatũ uxor (1) poſt Divortium (2) Repetit cum Dote (3) Libro XXV agitur de his, qvæ pertinent ad Tempus Conſeqvens Nuptias tam à parte Viri, qvam ab utraq̃, & de qvodam Adfini Nuptiarum. Hujus libri imagines diſpoſitæ ſunt in ErEmo, in qva Res Dotales & Amotæ, &c. Lib. XXVI agit de Tutela Deferenda & Conſtante: ejus imagines exiſtunt in FEneſtra, ex qva proſpiciunt Tutores & Curatores, ac Tutelam Curamq; diligenter gerunt: &c. in explic. Libro XXVII explicantur ea, qvæ pertinent ad Tutelam Deferendam & Delatam; itemq; ea, qvæ ad illam Finitam ſpectant. Imagines iſtius libri collocatæ ſunt in GErmine, qvo ſignificantur familiarum GErmina, i.e. Pupilli, eorumq̃ cauſa Actiones, Res & Negotia à Tutoribus geſta. Qvorum eſt, niſi Excuſati fuerint (1) Pupillum Educare (2) Rationem reddere (3) & de Contracta Actione Tutelæ (4) etiamſi ſe Pro Tutore geſſerint (5) aut Falſis Tutoribus (6) qvare contra Fidejuſſores & Nominatores eorum datur Actio (7) & in Magiſtratum (8) Qvoniam Res Pupilli ſine decreto Alienatæ (9) dum Furioſus eſſet Minor (10).

QVINTA Digeſtorum PARS eſt de Vltimis Voluntatibus, Teſtamentis, Legatis & Fideicommiſſis, agit libris novem proxime ſeqventibus: Ex his liber XXVIII explicat Teſtamentorum Subſtantiam & Formam: qvarum materiarum imagines ſunt in HExagono, in qvo homo alienatæ mentis ſignificat teſtamentum, qvod propter ſeptem teſtes debuiſſet ſcribi in Heptagono: cætera vid. in expl. imaginum. Lib. XXIX eſt ejuſdem materiæ cum ſuperiore, agitq; de Teſtamento Militum, de Hereditate & Fraudibus Heredum coërcendis. Imagines hujus libri habet ImbrEx, cui Miles inſcripſerat Teſtamentum, &c. vid. in expl. Libris XXX, XXXI, XXXII agitur de Legatis in genere: ex qvibus lib. XXX plurimum diſponit de Rebus, qvæ relinqvuntur. Imago hujus libri eſt JEſus. Lib. XXXI. agit de Perſonis Teſtatorum & Legatariorum, ſæpe in eodem Lecto, qvi eſt hujus libri ſimulacrum, jacentium: & libro XXXII agitur de idonea Rerum & Verborum Deſignatione, ſub qva legata relinqvuntur. MEnſa eſt imago ejus, in qva Legata certis verbis ſunt poſita. Lib. XXXIII explicantur Singularia Legata vel ex Legati Natura, vel uſu Verborum. Imagines hujus libri exhibet NEfrens Annuus, i.e. Legatum Annuum, &c. vid. in expl. Lib. XXXIV qvoq; agit de Legatis ſingularibus, qvæ ſingularem ex favore aliqvo vel circumſtantiis interpretationem recipiunt; itemq̃ de qvinq̃ Legatorum vitiis, per qvæ amittantur Legata, à tit. 4. ad poſtremum. Imagines hujus libri ordinatæ ſunt inter ObEliſcos: in his enim deſcripta ſunt Legata hieroglyphicis figuris; qvæ ſingularem interpretationem admittunt, &c. vid. in expl. Lib. XXXV agit de Modo Legati vel à Teſtatore vel Lege præſcripto. Imagines hujus libri exſtant in PEctine, qvo Modi & Conditiones Legatorum examinantur: cæt. in expl. vid. Lib. XXXVI tradit Fideicommiſſa Vniverſalia, itemqve Communia Legatis & Fideicomiſſis. Imagines hujus libri ſunt in Qvercu, qvæ, qvia communis univerſarum ſylvarum, communis arbor eſt, fert Fideicommiſſa Univerſalia & Communia: cæt. in expl. vid.

SEXTA Digeſtorum PARS libris ſeqventibus octo abſolvitur. Libro XXXVII agitur de Succeſſionibus Prætoriis ſeu de Bonorũ Poſſeſſionibus. Imagines ejus continentur REticulo, qvo Prætor Succeſſiones & Bonorum Poſſeſſiones defert his, qvibus debentur: cætera vid. in expl. Lib. XXXVIII materiam præcedentis libri perſeqvitur, & agit de Bonorum Poſſeſſione ab Inteſtato, de Extraordinaria Bonorum Poſſeſſione & de Legitimis ſucceſſionibus. Imagines hujus libri habet SEpes Artificioſe facta operis ſervorum: cæt. vid. in expl. Lib. XXXIX explicantur Damnum Imminens, Vectigalium Conductio & Liberalitas. Imagines ejus libri collocatæ ſunt in Tecto opere Novo: cætera vid. in expl. Libro XL explicantur Cauſæ Status: ejus imagines exhibent VEla Libertinitatis ad dominorum favorem directa: cæt. vid. in explic. Libro XLI agitur de Poſſeſſorio judicio: ejus imagines circumſcriptæ ſunt ArmIllâ aureâ; de qva & reliqvis in iſta contentis judicium poſſeſſorium habetur: cæt. vid. in expl. Lib. XLII eſt de Exeqvutionibus in cauſis qvatuor: ejus imagines effictæ ſunt ad BIdentem, qvo prætor uti ſolet in Exeqvutionibus ex qvatuor cauſis: cæt. vid. in expl. Libro XLIII habet Interdicta, qvæ ad Dominia hominumq; Negotia pertinent. Imagines hujus libri collocatæ ſunt intra CIrcinum, qvo varii Interdictorum CIrculi deſcribuntur. Lib. XLIV eſt de Exceptionibus & Obligationibus in genere. Imagines ejus ſunt in Diſco, qvoniam Exceptiones & Obligationes facile moventur inſtar Diſci: cæt. in expl. vid.

SEPTIMA Digeſtorum PARS reliqvos complectitur libros ad finem. Libro XLV exponuntur Stipulationes: iſtius imagines habet EnsIs, qvo dominus minitatus ſuis ſervis non recte Stipulantibus, &c. Lib. XLVI agit de Obligationum Acceſſionibus, de Modis Solvendarum Actionum & Obligationum, & de Stipulationibus Prætoriis. Imagines iſtius libri ſunt circa FIſtucam, qva compelluntur & urgentur homines ad Obligationum Acceſiones, easq̃ Solvendas, & ad Stipulationes Prætorias ſubeundas. Lib. XLVII explicantur Delicta Privata, Extraordinaria & Popularia. Imagines iſtius libri exhibentur in GIrgillo, cui ſubjiciendi omnes, qvi ejusmodi Delicta commiſſerunt. Lib. XLVIII eſt de Publicis Delictis: ejus imagines portat HIrcus Publicus, qvo delinqventes HIrci ad Publicum judicium portantur, &c. Lib. XLIX agit de Appellationibus & Iure Publico: imagines Appellationum depictæ ſunt in InsIgnibus, qvæ ſunt Juris Publici, &c. in expl. Lib. L explicat Iura & Res Municipales: ac poſtremo ad finem operis additi ſunt duo tituli generales, de Verborum ſignif. & de Reg. Juris. Imagines hujus libri collocatæ ſunt intra JYga Municipalia; qvoniam Municipes iſtas Leges Municipales veluti JYga & onera ſubire compelluntur: cætera in expl. vid.

Atqve Pandectarum materiæ ad noſtras librorum imagines ita applicatæ non ſolum inter ſe diſtingvuntur; ſed etiam ipſi tituli ad ſuos libros facile referentur ab eo, qvi hæc noſtra recte perceperit.

MEMORIA-

DE ARTIFICII HUJUS ET IMAGINUM USU PRÆFATIO.

ACcipe, B. L. *inventum hoc, ad aſperitates illas removendas, quæ in Titulis Legibusq; memoriæ mandandis objiciuntur jura diſcentibus, excogitatum; neq; te abſterreat, quod* ab inertibus vulgò dicitur: Opprimi memoriam imaginum pondere, & obſcurari etiam id, quod per ſe naturâ tenere potuiſſet; *id enim* non eſſe verum *expreſſis verbis ait* Cicero Lib. II. de Oratore. *Sunt potiùs imagines blandæ eruditionis conciliatrices, quæ cùm voluptate aliquâ in memoriam influunt, ab eâq; avidè arripiuntur. Quâ de causâ tam ad ſacra quàm profana diſcenda à primis doctrinæ & eruditionis incunabulis utiliter adhibitæ. Quippe omnis noſtra cognitio à ſenſibus incipit; qui non res ipſas, ſed imagines rerum ad intellectum deferunt. Ex ſenſibus verò primus & præcipuus eſt viſus; qui à corporibus ſimulacra rerum accipit, eaq; interioribus ſenſibus tradit: quæ deinde in memoriâ tanquam in tabulâ pictâ intuetur mens humana. Hanc igitur cognoſcendi viam, quam ſenſus, experientia & recta ratio commonſtrant, ſequuti Titulos & Leges imaginibus expreſſimus & oculorum inſpectioni ſubjecimus, ut faciliùs accipiantur & retineantur. Certus omnino ſum, non facilè futurum doctum, ſi modò doctrinam de animâ hominis, ejusq; facultatibus & cognoſcendi inſtrumentis rectè perceperit, qui noſtram hanc per imagines docendi rationem ſit improbaturus, quam tamen pluribus adſtruximus in præfatione primâ, quæ noſtro* Memoriali Inſtitutionum *eſt præfixa; quo B. Lectorem remittimus.*

Cæterùm artificii noſtri ratio & uſus hic eſt. Ad Librorum & Titulorum materias numerosque *exprimendos aſſumimus certa & ſelecta vocabula, quæ ſignificatione ſuâ* Materias *indicant; & quorum vocabulorum primæ literæ in Librorum & Titulorum* Numeros *confeſtim ducunt. Nos enim hac in re Hebræorum Græcorumq;, quin & veterum Latinorum rationem ſequimur, quâ ad notandos numeros literas adhibent. Iſtæ enim numerorum figuræ, quibus pleriq; Europæi hodie utuntur, ab Arabibus ſunt traductæ. Literis igitur ſecundùm ordinem Alphabeti acceptis Numeros ita ſignificamus, ut prima litera* A *nobis deſignet* 1. B *ſecunda litera* 2. C 3. D 4. E 5. F 6. G 7. H 8. I 9. J 10. (Jota conſonans heic ponitur loco K, quæ Latinorum litera vix eſt dicenda) *inde porrò* L *indicat* 11. M 12. N 13. O 14. P 15. Q 16. R 17. S 18. T 19. V 20. *Itaq;* Aquila *propter literam* A *primum deſignat Digeſtorum Titulum* de juſtitiâ & jure: *illa enim tenet bilancem, cùm quâ juſtitia aliàs pingitur. Et* Balbus *propter literam* B *titulum ſecundum:* Celſus *tertium:* Dux

)( )(

quar-

quartum: Familia *ſextum*: Gradus *ſeptimum*; & *ita porrò. Id quod ex ipſo hoc opere imaginumq; explicatione pluribus cognoſcitur. Ubi quoq; rationes, cur ſinguli Tituli ſuis certisq; vocabulis & imaginibus fuerint notati, explicantur. Verùm, quum nonnulli Digeſtorum libri plures habeant titulos, quàm viginti: quin ipſæ Pandectæ quinquaginta contineant libros: Novellarumq; Tituli ferè ad ducenteſimum procurrant Titulum, Alphabetum noſtrum ad centenarium dilatavimus numerum, h. m. Centenos Titulos* in quinque *diſtinximus* claſſes; *quarum ſingulæ conſtant ex* vicenis (*Germani vocant* eine Steige oder Stiege.) *In* primâ *igitur* claſſe *ſeu* primis vicenis (in der erſten Steige) *vocalis* A *primas literas vocabulorum iſtorum, quibus notati ſunt Tituli, perpetuò ſequitur. In* ſecundâ claſſe *ſeu* ſecundis vicenis *primas vocabulorum literas excipit vocalis* E. *In* tertiâ claſſe *ſeu* vicenis tertiis *primas literas ſequitur vocalis* I. *In* quartâ claſſe *ſeu* quartis vicenis *perpetuò dominatur vocalis* O: & in quintâ claſſe *ſeu* vicenis quintis *vocalis* U. *Id quod ex annexâ tabulâ conſpicitur; in quâ vocabula ſecundùm Alphabeti ſeriem ordinata eos deſignant Numeros, quibus è regione reſpondent. Ut verò literæ iſtæ, quibus Numeri notantur, à reliquis faciliùs diſtinguerentur, minio ſeu rubricâ, majuſculisq; literarum formis (typographis appellantur* verſales) *ſunt expreſſæ. Sequitur igitur*

TABU-

TABULA continens vocabula, ut illa ſecundùm ſeriem Alphabeti ordinata primis ſuis literis oppoſitos ſignificant numeros.

Numeri iſti his deſignantur literis, quibus ſunt affixi; ſi videlicet Titulorum numerus intra vicenarium *ſeſe continet: tum enim* ſola litera prima *cujusq; vocabuli obſervanda.*	Claſſis prima *exhibens* vicena prima, *in quâ primas vocabulorum literas perpetuò ſequitur* prima vocalis A.	Claſſ. ſecund. *continens* vicena ſecunda, *in quâ primas vocabulorum literas perpetuò excipit* ſecunda vocalis E.	Claſſis tertia vicena *oſtendens, in quâ* tertia vocalis I *poſt primas vocabulorum literas dominatur.*	Quarta claſſis *offerens* vicena quarta, *in quâ poſt primas vocabulorum literas* O quarta vocalis *habetur.*	Quinta claſſis quinta *complectens* vicena, *in quâ primas vocabulorum literas inſequitur* V vocalis quinta.
1 --- A	1 A rcA.	21 A cE rra.	41 A rm I lla.	61 A rb O retū.	81 AV guſtus.
2 --- B	2 BA læna.	22 BE tula.	42 BI dens.	62 BO vile.	82 B r V tum.
3 --- C	3 CA dus.	23 CE ntaurus.	43 CI rcinus.	63 CO rnicen.	83 CV ria.
4 --- D	4 DA ma.	24 DE ntiſcalp.	44 DI ſcus.	64 DO minus.	84 DV o.
5 --- E	5 E ſcA.	25 E r E mus.	45 E ns I s.	65 E mpt O r.	85 E x V iæ.
6 --- F	6 FA lx.	26 FE neſtra.	46 FI ſtuca.	66 FO rum.	86 FV rioſus.
7 --- G	7 GA lerus.	27 GE rmen.	47 GI rgillus.	67 G l O bus.	87 GV ttur.
8 --- H	8 HA nius.	28 HE xagonū.	48 HI rcus.	68 HO rtus.	88 HV merus.
9 --- I	9 I ndA go.	29 I mbr E x.	49 I ns I gnia.	69 I n O ps.	89 I mp V bes.
10 --- J ota	10 JA nua.	30 JE ſus.	50 JY gum, &c.	70 JO cans.	90 JV dex.
11 --- L	11 LA pis.	31 LE ctus.		& ita porro.	& ita porro.
12 --- M	12 MA ctra.	32 ME nſa.			
13 --- N	13 NA ſſa.	33 NE frens.			
14 --- O	14 O bbA.	34 Ob E liſcus.			
15 --- P	15 PA paver.	35 PE cten.			
16 --- Q	16 Q uA dra.	36 Q uE rcus.			
17 --- R	17 RA dius.	37 RE ticulum.			
18 --- S	18 SA ccus.	38 SE pes.			
19 --- T	19 TA bula.	39 TE ctum.			
20 --- V	20 VA gina.	40 VE lum.			

Quum Digeſtorum libri non excedant numerum quinquageſimum, non neceſſe fuit reliqua Alphabeti noſtri heic pertexere, quorum in iſtis nequit eſſe uſus.

Hujus generis conquiſita ſunt vocabula, quæ ſignificatione *ſuâ* Res, & primis ſuis literis Numeros *ſubminiſtrant memoriæ; atq; ita comparata ſunt, ut ex ſeſe gignant imagines, adeoq; pingi & oculorum inſpectioni potuerint ſubjici. Quare ſecundùm iſtum ordinem ejusmodi primùm aſſumſimus vocabula & figuras, quæ in Digeſtis quoq; Numeros deſignarent Librorum eorundemq; continerent Titulos. Sic in* A rcA *Libri I. tituli ſunt collocati.* BA læna *portat titulos Libri II. Ad* CA dum *ſunt tituli Libri III. Libri IV. titulos geſtat* DA ma. *Libri V. tituli ſunt in* E ſcA *& Libri VI. tituli ad* FA lcem. *Ac ita porrò* GA lerus *habet titulos Libri VII.* HA mus *notat Lib. VIII:* I ndA go *Lib. IX:* JA nua *Lib. X:* LA pis *Lib. XI:* MA ctra *Lib. XII:* NA ſſa *Lib. XIII:* O bbA *Lib. XIV:* PA paver *Lib. XV:* Q uA dra *Lib.*

Lib. XVI: RA dius *Lib. XVII:* SA ccus *Lib. XVIII:* TA bula *Lib. XIX:* VA gina *Lib.* XX: A cE rra *Lib. XXI:* BE tula *Lib. XXII:* CEntaurus *Lib. XXIII:* DE ntiſcalpium *Lib. XXIV:* E rE mus *Lib. XXV:* FEneſtra *Lib. XXVI:* GE rmen *Lib. XXVII:* HE xagonum *Lib. XXVIII:* ImbrE x *Lib. XXIX:* JE ſus *Lib. XXX:* LE ctus *Lib. XXXI:* ME nſa *Lib. XXXII:* NE frens *Lib. XXXIII:* Ob E liſci *Lib. XXXIV:* PE cten *Lib. XXXV:* Q uE rcus *Lib. XXXVI:* RE ticulum *Lib. XXXVII:* SE pes *Lib. XXXVIII:* TE ctum *Lib. XXXIX:* VE lum *Lib. XL:* Arm I lla *Lib. XLI:* BI dens *Lib. XLII:* CI rcinus *Lib. XLIII:* DI ſcus Lib. *XLIV:* E nsI s *Lib. XLV:* FI ſtuca *Lib. XLVI:* GI rgillus *Lib. XLVII:* HI rcus *Lib. XLVIII:* I nsI gnia *Lib. XLIX:* JY gum *Lib. L. Ita has figuras & imagines ad Digeſtorum Libros ſecernendos, eorumq;* Numeros *memoriæ infigendos adhibuimus. Rationes verò, cur libri illi iſtis notati fuerint imaginibus, in explicatione adferuntur. Deinde iſtos quinquaginta Digeſtorum libros in* quinque *diſtinximus* Decades, *quæ quinq; Tabulis ſeparatim exhibentur ita, ut ſingulæ Tabulæ* decem *contineant libros.*

In Titulorum Numeris *diſcendis eâdem procedimus ratione, iiq; ex* primis literis *illorum vocabulorum & imaginum, quibus expreſſimus Titulos, ad eundem modum cognoſcuntur. Ubi tamen notandum, quod ad* vocales *illas, quas in* diſtinguendis vicenis *uſurpamus, tum ſolùm reſpiciendum,* quum Tituli alicujus libri ultra vicenarium numerum procurrunt. *Si enim Titulorum Numerus* intra vicenarium *conſiſtit, quod in plerisq; Digeſtorum continget libris, vocales non ſunt obſervandæ, & eâ de causâ tum minio expreſſæ non ſunt: quoniam* ſolæ primæ *vocabulorum* literæ primorum vicenorum numeros *indicant. Ut verò conſtet, quando neceſſe ſit ad vocales illas attendere, in faſtigio illarum imaginum & figurarum, quibus libri Digeſtorum ſunt notati, & in quibus Titulorum imagines ſunt efficta; itemq; in principio explicationis libri cujusvis adſcriptum legitur vocabulum, quod* poſtremum *illius libri indicat* Titulum: *adeoq;* Titulorum Numerus, *qui ſingulis continetur libris, ita confeſtim innoteſcit, & cognoſcitur, num ille in hoc vel illo libro vicenarium excedat, nec ne. Verbigratiâ in faſtigio* A rcA e, *ad quam Tituli libri I. ſunt collocati, legitur* B rE viarium: *quod vocabulum propter vocalem* E *eſt ſecundæ claſſis,* B *verò eſt nota* 2. B rE viarium *igitur deſignat* 22. *Unde colligitur, primum Digeſtorum librum habere Titulos* 22. *Poſtremo arcæ loco conſpicitur* B rE viarium *depictum, in quo* officium Aſſeſſorum *eſt deſcriptum. Hiſce cognitis in ſolis primis duobus titulis obſervanda eſt vocalis* A, *videlicet in* A rmA tâ A quilâ, *quæ indicat* titulum *I. & in* BA lbo, *qui* titulum ſecundum *ſignificat. In reliquis verò negliguntur vocales. Etenim in ſequenti titulo, quem deſignat* C elſus, *ſi ad vocalem E reſpiceretur,* C elſus *exiſteret nota* tituli viceſimi tertii. *Verùm, quum liber hic ſeſe contineat intra Titulum 22. primæ ſolius literæ habetur ratio; &* C elſus *indicat titulum* 3. *At vocabulum* A ccE ptor, *quum poſt primas literas habeat vocalem* E, *eſt* claſſis ſecundæ, *& propter* primam literam A *nota* numeri viceſimi primi, *eundemq; deſi-*

deſignat titulum, quoniam numerus 21. *ultra viceſimum ſecundum poſtremumq; Libri hujus titulum non procurrit. Ita Libri ſecundi Titulos geſtat* BAlæna, *in cujus ſummo legitur vocabulum* PIAcida: *Ubi litera* decima quinta P decimum quintum *ſignificat* numerum; *& ſequens vocalis* A, claſſem primam. *Unde colligitur librum iſtum ſecundum Titulos habere* quindecim. *Quare in hiſce titulorum vocabulis ad* primam *ſolum reſpicitur* literam, *omiſſis vocalibus ſequentibus. Sic quoq;* FrAudatus, *quod vocabulum in ſummo* CAdi, *qui ſuſtinet Titulos libri III, legitur, arguit, in libro illo ſex eſſe Titulos;* F *enim litera alphabeti* ſexta *nobis* ſextum *notat numerum; & vocalis* A *eſt* primæ claſſis. *Ita quoq; in reliquis pleriſq; Digeſtorum libris tituli vicenarium numerum non excedunt, præter nonnullos libros decadis quintæ. Nam liber XLIII habet titulos* 33; *idq; indicat poſtremi tituli vocabulum* NExa, *quod ad ſummum* CIrcini, *circa quem libri iſtius Tituli ſunt diſpoſiti, legitur, & patefacit hunc librum Titulos habere* 33. N *enim* litera decima tertia numerum *deſignat* decimum tertium, *& ſecunda vocalis* E *claſſem ſecundam. Notat igitur vocabulum* NExa *in* alteris vicenis *Titulum* decimum tertium, *qui nullus eſt alius, quàm* trigeſimus tertius. *Quare vocabula Titulos eorumq; Numeros ſignificantia ab initio & in vicenis primis perpetuò habent vocalem* A, *usq; ad titulum* 13: *& in alteris vicenis vocalem* E, *usq; ad finem libri. In reliquis autem vocabulis non neceſſe eſt ad vocales attendere. Itemq; librum XLVII, cujus imagines ſunt ad Girgillum, viginti tres habere Titulos ex vocabulo* CEleuſma *cognoſcitur, quod in ſummo Girgilli legitur.* C *enim litera tertia Tertium ſignificat Numerum; &* E *vocalis ſecunda claſſem Secundam. Sic quoq; in Libro XLVIII, cujus imagines ſunt ad Hircum,* 24 *eſſe Titulos colligitur ex poſtremi tituli vocabulo* DEportati: D *enim eſt litera quarta, atq;* E *ſecunda vocalis indicat, vocabulum hoc* DEportati *ad claſſem pertinere ſecundam; exoriturq; numerus viceſimus quartus. Itaq; heic quoq; in primis vicenis obſervatur vocalis* A *ad titulum usq; quartum: ſic quoq; in ſecundis vicenis ad vocalem* E *reſpicitur usq; ad finem libri. Atq; ita facile fuerit, ex primis literis eorum vocabulorum & imaginum, quibus expreſſimus titulos, eorundem colligere Numeros.*

Et quum certa locorum diſpoſitio ad memoriam confirmandam multùm conducat; nos in diſponendis Titulorum imaginibus eo utimur ordine, qui illas quodammodo connectit, & cujus beneficio ab unâ imagine ad aliam mens deducitur; quin & ipſa locorum varietas ad imagines diſtinguendas valde utilis eſt. Diſtribuimus igitur ſingulorum librorum Titulos in decurias, binæq; decuriæ vicenos complectuntur Titulos, quod ex ſequenti perſpicuum eſt ſchemate.

SCHEMA exhibens ordinem, quo Titulorum imagines ſunt diſpoſitæ.

Decuria Prima. *Decuria Secunda.*



Ita reliquæ decuriæ quoque ſunt diſpoſitæ.

Præterea ſingulorum librorum titulos ſeu rubricas peculiari Connexione Fabulari copulavimus, quod memoriam maximè juvat: ita enim mens cujusvis libri Titulos, vinculo hiſtorico colligatos, facillimè complectitur, & à reliquorum librorum Rubricis nullo ferè negotio ſecernit. v. g. Digeſt. Lib. III. Titulos, qui ſunt ad Cadum, *hac copulavimus Fabulâ:* (1) Poſtulantur (2) infamiâ (3) procuratores (4) univerſitatis (5) ob abſentis negotia geſta (6) à fraudulentis calumniatoribus. *Item Digeſt. Tituli Lib.* XI, *cujus imago eſt* Lapis, *colligati ſunt hoc modo:* (1) Duras interrogationes in Actione interrogatoriâ faciebat (2) ad judicem (3) Servus corruptus (4) de Fugitivo (5) Aleatore, & (6) Menſore, qui falſum dixerat modum (7) religioſis iſtis, qui portant mortuum inferendum, cui ſepulchrum ad hunc Lapidem ædificare conſtituerant. *Eademq; ratione cæterorum quoq; librorum Tituli ſunt connexi: quod ex hoc opere imaginumq; Explicatione cognoſcitur. Adeoq; deprehendet æquus lector, hanc viam ad Titulos eorumq; Numeros diſcendos omnium eſſe expeditiſſimam & facillimam.*

Deinde Leges, quæ in Manuali juris Gothofredi, memoriali L L. Cothmanni & Manipulis Woldenbergii reperiuntur, quin plures collectas, ſub ſuis Titulis in confictâ aliquâ narratione de Tituli imagine compoſuimus, quæ dum alia ex aliâ nexa omnesq; inter ſe aptæ & colligatæ apparent, dici non poteſt, quàm citò & quàm libenter ſeſe memoriæ inſinuent: adeoq; hac ratione leges ad ſuas ſedes & titulos commodiſſimè referuntur. v. g. Leges ad Tit. I. collectæ hac nexæ ſunt fabulâ. Aquila præmia & poemas pro ſingulorum meritis dependit ac diſtribuit, *l.* 1. §. 1. Poenas decernit in eum, qui Armatus bombardâ alteri inſidiatur contra cognationem naturalem; iſte tamen vim & injuriam propulſando corpus ſuum tutabatur;

tur; quod jure faciebat, *l.3.* Unde poſtea bellum natum, jure gentium introductum, *l.5.* Quod jus naturalis ratio inter homines conſtituit. A quo diverſum jus proprium civitatis, quod populus ſibi conſtituit, *l.9.* Secundùm juſtitiam ex juris præceptis, ex quibus jurisprudentia paratur, *l.10.* Prætor nonnunquam iniquè decernebat, *l.11.*

Sic ex Legibus ad Titulum de injuriis *congregatis hanc compoſuimus Fabulam.* Jure ſeu Juſculo perfundit iſte Junior Juris ſtudioſum, adeoq; injuriam ei infert; quæ erat contumelia, *l.1.pr.* Nec ſolùm autem injuriam iſtam re, ſed etiam verbis fecit, l.1.§.1. Quæ utique ad dignitatem & infamiam Juris ſtudioſi pertinet: quoniam in corpus ejus illata, *l.1.§.2.* Et per ſemetipſum illi facta injuria, *l.1.§ 3.* Famoſum quoque libellum ad infamiam hujus Juris ſtudioſi compoſuerat Junior: quod erat carmen ad infamiam illius conſcriptum. Id cantat, tubamque inflat ad ejus infamiam. Pudorem itaque hujus ſtudioſi Juris lædit, *l.15. §.27.* Ex lege Corneliâ igitur huic competebat actio injuriarum, *l.5.pr.* Actorque Juris ſtudioſus certum dicebat, quid injuriæ ſibi à Juniore factum, *l.7.pr.* Quod videlicet ſibi fecerit convicium contra bonos mores, *l.15.§.2.* Turpibusque uſus verbis, *l.15.§.21.* Infamandi causâ, *l.15.§.25.* Junior verò ſe defendens regerebat, ſe nocentem infamâſſe, neque æquum eſſe, ut eam ob cauſam condemnetur: quòd expediat nocentium peccata eſſe nota, *l.18.pr.* Injuriarumque æſtimationem non ad id tempus, quo judicetur; ſed ad id, quo facta ſit, referendam, *l.21.* Se enim tum temporis fuiſſe Juniorem; quo in ſtatu injuria tanti æſtimari nequeat, ac ſi ipſe magiſtratus aliquid injurioſè feciſſet, *l.32.* *Et ſic quoq; Leges, quæ ſub reliquis Titulis, connexione aliquâ copulantur.*

In diſcendis Titulis *juris ſecundùm noſtrum hoc artificium ita rectè proceditur. Primùm ipſe Titulus eſt legendus: deinde noſtra iſtius Tituli Explicatio cognoſcenda; & cum* imagine, *quæ vocabulum Tituli, ejusque* Numerum *deſignat, conferenda. Quo facto mens humana certam conſequitur ideam; quæ &* Materiam *&* Numerum *tituli ſignificat, memoriâq; facillimè tenetur; ut ad Titulum citatum protinus ejus recurrat imago, quæ in* Materiam *&* Numerum *Tituli ducit animum. Singulis igitur Titulis alicujus libri hoc modo perceptis, connexio, quâ ipſos Titulos ad principium cujusq; libri colligavimus, perlegenda eſt; quæ diverſorum Librorum Titulos ſecernit, facitq;, ut rectè ſciatur, ad quem librum quisque pertineat Titulus. Atq; eâdem ratione etiam reliquorum Librorum Tituli ſunt cognoſcendi. Et hac viâ* Titulos *eorumq;* Numeros *omnium facillimè addiſci ac diutiùs memoriâ teneri poſſe omnino certus ſum, quàm aliâ quacunq; ratione vulgò uſurpatâ; adeoq; hic primus artificii noſtri uſus fuerit in diſcendis Titulis.*

Dein-

Deinde, ſicui præter Titulos eorumq; Numeros etiam Leges *præcipuas, quas ex JCtis ſuprà laudatis ad Titulos ſuos collegimus, ſecundùm noſtram hanc artem accipere placuerit, is eâdem procedat viâ; & tituli Leges primò perlegat: deinde* Connexionem,*quâ leges copulavimus, eamq; cum imaginibus conferat. Quâ ratione conſequetur id, quod aliàs difficillimum, ut leges beneficio copulæ ad* ſuas ſedes *ſuosq; noverit promtè referre Titulos. Itaq; futurum, ut is, qui hoc noſtro invento voluerit uti, exiguo temporis ſpacio &* Titulorum *&* Legum *certiorem ſibi comparaverit cognitionem, in iisque citandis & evolvendis multò ſit promptior, quàm alii, qui non niſi longo uſu & frequentiſſimâ legum evolutione iſtud vix demum conſequuntur.*

In diſcendo Alphabeto noſtro non neceſſe eſt initio magnopere laborare: illud enim paulatim cum Titulis ſeſe inſinuat memoriæ. Demum promitto ſingulis, qui his noſtris in Titulis Legibusq; percipiendis voluerint uti, non futurum, quem laboris heîc impenſi unquam pœniteat. Bene vale B. L. noſtrisq; conatibus fave.


Dig. Lib. 1. Breviar.
Album Jur. sel.
Breviar. 22
Dig II
Placida
Dig. IV
Ignavus. 9
Dig. V
Fideicom
Bulla 2
inoff. test.
Emend.
possessoria
her. petitioe
Dig. VI.
Cult. 3
Dig VIII
Cloaca
Dig. IX.
Aries 1
de noxal. actionib.
Dig. X.
Detent. 4
exhibendu.

MEMORIALE JURIS CIVILIS.

QUINQUAGINTA DIGESTORUM LIBRI

Diſpertiti ſunt in quinque Decades, quarum ſingulæ ſua ſeparatim exhibentur tabula.

DECADIS PRIMÆ LIBER I.

TItuli hujus libri diſpoſiti ſunt in ARCA, propter literas AA, quæ nobis I ſeu *unitatem* ſignificant. Liber hic habet titulos 22. quod deſignat vox BREVIARIUM, in quo *Aſſeſſoris officium* deſcriptum legitur, poſtremo conſpicitur ARCA Eloco. In ARCA illa quaſi recondita ſunt communia *jura*, eorumque *origines*, *jura Perſonarum* & multi *ſcipiones officiorum* (ſcipio nobis *officium* deſignat.) *Materiæ LIB. I. DIGEST.*

AQUILA jactat *bilancem*, cum qua juſtitiæ imago alias pingitur, deſignat igitur *juſtitiam;* & *jus* libro iſto deſcriptum eſt. AQUILA *præmia* & *pœnas* pro ſingulorum meritis dependit & diſtribuit, *l. 1. §. 1.* Pœnas decernit in eum, qui ARMATUS bombarda alteri *inſidiatur contra cognationem naturalem*, iſte tamen vim & injuriam propulſando corpus ſuum tutabatur: quod jure faciebat, *l. 3.* Unde poſtea *bellum natum*, *jure gentium* introductum, *l. 5.* Quod jus naturalis ratio inter homines conſtituit. A quo diverſum *jus proprium civitatis*, quod populus ſibi conſtituit, *l. 9.* Secundum *juſtitiam* ex *juris præceptis*, ex quibus *jurisprudentia* paratur, *l. 10.* Prætor tamen nonnunquam *iniq.* decernebat, *l. 11.*

BALBUS (ex compresſis apparet labiis, quod ſit *balbus)* jurisprudentium habetur numero præcipuæ auctoritatis, *l. 2. § 42.*

BENEDICTORUM *liber (l. 2. §. 45.)* ad eum eſt collocatus, ex quo ſcaturit jus (*juris liquor* ſeu *juſculum*, patinaq; excipitur.) *Perfectus* eſt liber ille & ex omnibus ſuis partibus coaſtans; & *principium*, adeoque potisſima pars, *l. 1.*

1. Tit. de Juſtitia & Jure.

Bonos *non ſolum metu* pœnarum *verum etiam* præmiorum *exhortatione efficere cupientes*, l. 1. §. 1.

Jure hoc evenit, ut quod quisq; ob tutelam corporis ſui *fecerit, jure feciſſe exiſtimetur*, l. 3.

Ex hoc jure gentium introducta bella, l. 5.

Quod naturalis ratio inter homines conſtituit, & ab omnibus peræq; cuſtoditur, vocaturq; jus gentium *quaſi quo jure omnes gentes utuntur*, l. 9.

Iuſtitia *eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuiq; tribuendi*, l. 10. pr.

Iuris præcepta *ſunt hæc, honeſte vivere, neminem lædere, ſuum cuiq; tribuere*, §. 1. Iuris prudentia *eſt divinarum & humanarum rerum notitia, juſti atq; injuſti ſcientia*, §. 2. h. l.

Prætor *quoq; jus reddere dicitur, etiam cum iniquò decernit*, l. 11.

2. De Origine Juris, & omnium magiſtratuum, & ſucceſſione prudentium.

Id perfectum eſt, *quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. Et certe, cujusq; rei potiſſima pars principium eſt*, l. 1.

Patri-

Turpe eſt patricio *& nobili & cauſas oranti jus, in quo verſatur ignorare*, l. 2. §. 43.

3. De Legibus, Senatusconſultis & Longa Conſvetudine.

Inveterata conſuetudo *pro lege non immerito cuſtoditur*, l. 32. §. 1.

Optima *eſt legum interpres conſvetudo*, l. 37.

Conſvetudo *vim legis habet*, l. 38.

Quod contra rationem *juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias*, l. 14.

In his, quæ contra rationem juris *conſtituta ſunt, non poſſumus ſequi regulam juris*, l. 15.

Princeps *legibus ſolutus eſt*, l. 31.

Non omnium, *quæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt*, l. 20.

Et ideo *rationes eorum, quæ conſtituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quæ certa ſunt, evertuntur*, l. 21.

Non eſt novum, *ut* priores leges *ad* poſteriores *trahantur*, l. 26.

4. De Conſtitutionibus Principū.

Quod Principii *placuit, legis habet vigorem: utpote cum Lege Regia, quæ de imperio ejus lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem contulit*, l. 1. pr.

In rebus novis *conſtituendis evidens eſſe utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt*, l. 2.

Beneficium Imperatoris, *quod à divina ejus indulgentia proficiſcitur, quam pleniſſime debemus interpretari*, l. 3.

Conſtitutiones temporē *poſteriores potiores ſunt prioribus*, l. ult.

5. De Statu Hominum.

Quæritur, Hermaphroditum cui comparamus? *& magis puto ejus ſexus æſtimandum, qui in eo prævalet*, l. 10.

Hominum cauſa *omne jus conſtitutum*, l. 2.

Non debet calamitas matris *nocere ei, qui in ventre eſt*, l. 5. §. 2.

Qui in utero eſt *perinde ac ſi in rebus humanis eſſet cuſtoditur, quoties de commodis partus quæritur*, l. 7.

In multis *juris noſtri articulis deterior eſt conditio feminarum quàm maſculorum*, l. 9.

Qui furere *cœpit, & ſtatum & dignitatem, in qua fuit, & magiſtratum, & poteſtatem videtur retinere, ſicut rei ſuæ dominium retinet*, l. 20.

Cum legitimæ nuptiæ *factæ ſint, patrem liberi ſequuntur: vulgo quæſitus* (i. e. ſpurius) *matrem ſequitur*, l. 19.

Res judicata *pro veritate accipitur*, l. 25.

6. De His, qui ſunt ſui vel alieni juris.

Patresfamiliarum *ſunt, qui ſunt* ſuæ poteſtatis, l. 4.

Dominorum poteſtatem *in ſuos ſervos illibatam eſſe oportet*, &c. l. 2.

Filium eum definimus: *qui ex viro & uxore ejus naſcitur*, l. 6,

Patritius clauſis & contectis manu oculis & ignorans præterit hunc BENEDICTORUM *librū*, & juſculum; quod ei *turpe* eſt, *l. 2.* §. *43*.

CELSUS l. 3. laudatus ex CELSA CATHEDRA de *Legibus* (in tabulis) *Senatusconſultis* diſſerit, & *Longam* inveteratamq; *conſvetudinem* pro lege explicat. CANORUS, *l. 23.* §. *1.* tanquam ex optima legum interprete, *l. 37.* quæ vim legis habet, *l. 38.* Et CLARA voce denunciabat; quod *contra rationem juris* receptum, non eſt producendum ad conſequentias, *l. 14.* Neque nos poſſe ſequi regulam juris in his, quæ *contra rationem juris* ſint conſtituta, *l. 15.* Quam exceptionem *Princeps* legibus ſolutus dederat: non vero *Auguſta*, *l. 31.* Non autem poterat CELSUS iſte omnium conſtitutionum rationem dare, *l. 20.* Ne ſi rationes inquireret, multa certa ſubverteret, *l. 21.* ſæpè tamen priores leges ad poſteriores trahebat, *l. 26.*

DUX iſte, ſeu Princeps conſtitutiones ſuas DICTITAT DISPENSATORI in calamum quodcunque ei placebat; nam *Lege Regia* populus in eum omnem ſuam poteſtatem contulerat, *l. 1. pr.* In rebus tamen novis DUX ille ad evidentem reſpicit utilitatem, *l. 2.* Ipſiusq; Imperatoris beneficium DISPENSATOR juſſus eſt quàm pleniſſimè interpretari, *l. 2.* Et hæ conſtitutiones poſteriores potiores ſunt prioribus, *l. ult.*

EBRIUS ille & EFFEMINATUS (ex capillis prolixis & fluidis colligitur veſtibus) eſt *Hermaphroditus*, ſexus æſtimatur virilis, qui in eo prævalet, *l. 10.* Iſtius igitur quoque, ut aliorum *hominum cauſa* omne jus, & hoc quoque fuit conſtitutum, *l. 2.* Ut *calamitas matris* non noceret ei, qui in ventre eſſet, *l. 5.* §, *2.* Ac ut ille, qui in utero eſt, perinde cuſtodiretur, ac ſi eſſet in rebus humanis, *l. 7.* *Matris gravidæ ſuſpenſæ calamitas non nocet ei, qui in ventre eſt; cuſtoditur enim:* Sed hujus mulieris & aliarum quoque feminarum conditio deterior erat, quàm iſtius EBRII, *l. 9*; qui licet interdum fureret, ſtatum tamen & dignitatem ſuam retinebat, *l. 20.* Idem *ſpurius* matrem ſuſpenſam ſequebatur, quia *ſpurius* erat: ſi legitimæ nuptiæ fuiſſent factæ, patrem fuiſſet ſequutus, *l. 19.* Ex re judicata, *l. 25.*

FAMILIA iſta, *Filii & Famuli*, non ſunt ſui ſed alieni juris, & ſub *Ferula* illa patrisfamilias, qui ſui juris eſt, in cujus poteſtate *Filii & Filiæ*, itemq; nepotes & neptes, *l. 4.* (*pueri iſti ſunt nepotes*) eamque *Famuli* iſti nudis capitibus reverentur illibatam, *l. 2.* *Filii* iſti ſunt ex viro

viro & uxore nati; l. 6. Qui in publicis cauſis loco patrisfamilias habentur, l. 9. A quo ſunt alendi, *l. penult.*

Filius familias *in publicis cauſis, loco patrisfamilias habetur*, l. 9.
Si judex nutriri *vel alii oportere pronunciaverit*, &c. l. penult.

GRADUS adoptionis ſunt, in quos *Germanus* iſtè *Generi* ſui filium recipit, eumque impoſitione manus adoptatum declarat, quod tamen jus ſangvinis non adfert, l. 23. Filium autem ſuum ex *Gradibus* altera ſua manu propellit & dejicit; atq; ita emancipat apud magiſtratum, apud quem eſt legis actio l. 4. Licet is ſpem ſucceſsionis paternæ obſequio ſibi parare fruſtra putaret, *l. 17. §. 3.*

7. De Adoptionibus & Emancipationibus & aliis modis, quibus poteſtas ſolvitur.

Adoptio *non jus ſanguinis, ſed jus agnationis adfert*, l. 23.
Apud magiſtratum *legis actio eſt*, l. 4.
Spem (ſucceſsionis paternæ) *unusquisq; liberorum obſequio paret ſibi*, l. 17. §. 3.

HIRCI ab HÆDIS ſepimento ligneo ſunt diviſi; quia ſunt diverſarum qualitatum. *Hædi* ſunt divini juris *(radiis divinis illuſtrantur)* adeoque in nullius bonis, l. 1. pr. Neque, quoniam ſunt res ſacra, æſtimationem recipiunt, *l. 9. §. ult.*

8. De Diviſione Rerum & Qualitate.

Quod divini juris *eſt, id in nullius bonis eſt*, l. 1. pr.
Res ſacra *non recipit æſtimationem*, l. 9. §. ult.

IMPERATOR Senatorum caput eſt, ejus effigiem, quia *Imperatoris* ſeu Principis eſt, venerantur, *(amicti ſunt ornatu, qualem geſtant Senatores Hamburgenſes)* quoniam ab eo ſuā habent dignitatem, ipſi conſulares feminis conſularibus præferendi; quia major dignitas eſt in ſexu virili, l. 1. pr. Ex his ſenatoribus unus ſenatu remotus capite non fuit minutus, l. 3. *Indignus* enim fuerat judicatus inferiore ordine; *Indignior* igitur fuit ſuperiore l. 4. Sed quæſita dignitas liberis propter hunc caſum patris non fuit ſublata, *l. 9.*

9. De Senatoribus.

Major dignitas *eſt in ſexu virili*, l. 1. pr.
Senator *remotus ſenatu capite non minuitur*, l. 3.
Indignus *qui eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore*, l. 4.
Quæſita dignitas *liberis, propter caſum patris remoti à ſenatu, auferenda non eſt*, l. 9.

JUVENIS iſte & imberbis Conſul *(ornatu conſulari indutus, ad quem ſcipio officium deſignat)* eſt viginti annis minor (*numerus 20 in toga ejus*) in tribunali ſedens non poteſt apud ſe manumittere hos, qui eum flexis genibus orant ſupplices; niſi cauſa apud collegam fuerit approbata, *l. un. §. 2.*

10. De Officio Conſulis.

Si evenerit, *ut minor viginti annis conſul ſit, apud ſe manumittere non poterit*, &c. l. un. §. 2.

LORICATUS eſt *(quia officium erat militare)* *Lectus* præfectus Prætorio, ad que ſcipio officium deſignans. Is privilegiū literis iſtis contentum oſtentat; quo *Licentia* plenior ſibi data & in tantum aucta, ut ab ipſo Præfecto Prætorio appellari non poſsit. Etenim pro luce dignitatis ſuæ eum judicaturum creditum eſt, *l. un.*

11. De Officio Præfecti Prætorio.

Ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum *præfecti prætorio à Principibus electi ſunt, data eſt plenior* Licentia *ad diſciplinæ publicæ emendationem*, l. un. pr, *ut appellari à Præfectus Prætorio non poſſit*, §. 1. &c.

MILITES ſtationarii ad præfectum urbi *(in urbe conſiſtit cum militibus ſuis ſcipionem tenens, qui notat officium)* diſpoſiti ſunt in urbe ad tuendam popularium quietem, *l. 1. §. 12.*

12. De Officio præfecti urbi.

Debet etiam diſpoſitos *milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem*, l. 1 §. 12.

NUMMARIA ciſta à *Numa* & Romulo eò collocata quærendæ pecuniæ publicæ cauſa, & binis quæſtoribus commiſſa, *l. un. pr.*

13. De Officio Quæſtoris.

Romulus & Numa *binos quæſtores habuerunt*, l. un. pr.

14. De Officio Prætorum.

Barbarius Philippus *cum ſervus fugitivus eſſet Romæ præturam petiit*, &c. l. 3.

Prætor *neq; tutorem, neq; ſpecialem judicem ſe dare poteſt*, l. 4.

OPILIO prætor OVIBUS ſuis jus dicit, licet eſſet ſervus fugitivus *Barbarius Philippus*, l. 3. Non tamen eis tutorem, neq; ſpecialem judicem ipſe ſe dare poteſt, *l. 4.*

15 De Officio Præfecti Vigilium.

Erat familia *Publica circa Portam & muros diſpoſitæ, fuerunt & Privatæ familiæ, quæ incendia vel mercede vel gratia extinguerent*, l. 1.

Plerumque incendia *fiunt culpa inhabitantium*, l. 3. §. 1.

Salutem reip. *tueri nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere ei rei, quam Cæſarem*, l. 3. pr.

PORTA, ad quam conſiſtit *Præfectus vigilum* cum *Publica familia.* Superius *Poſita* eſt *Privata* familia ad incendia reſtinguenda, l. 1. Quæ plerumque culpa fiunt in habitantium, l. 3. §. 1. Ita ſalutem reipub. curat Cæſar, *l. 3. pr.*

16. De Officio Proconſulis & Legati.

Proconſul *poteſtatem non exercet, niſi in ea provincia ſola, quæ ei decreta eſt*, l. 1.

Proficiſci *proconſulem melius quidem eſt ſine uxore, ſed & cum uxore poteſt*, l. 4. §. 2.

Non in totum *Xeniis abſtinere debebit proconſul; ſed modum adjicere; nam valde inhumanum eſt à nemine accipere: ſed paſſim viliſſimum eſt; & omnia avariſſimum*, l. 6. §. 3.

Pleniſſimam jurisdictionem *proconſul habet*, l. 7. § 2.

Nec poteſt *quis gladii poteſtatem ſibi datam vel cujus alterius coercitionis ad alium transferre*, l. 6. pr.

Opprimi aliquem *per adverſarii ſui potentiam non oportet*, l. 9. §. 5.

Proconſul ubique *proconſulariæ inſignia habet ſtatim atq; urbem egreſſus eſt*, l. 1.

Legati procunſulis *nihil proprium habent*, niſi à pro conſule eis mandata fuerit jurisdictio, l. 13.

QUINQUEREMIS, qua Proconſul vehitur in provinciam decretam, in qua exercet poteſtatem, l. 1. Et quidem ſine uxore; quoniam melius eſt; quanquam & cum uxore potuiſſet, l. 4. §. 2. Quæ ab omnibus accipiebat Xenia, & proconſul à nemine; quod inhumanum, l. 6. §. 3. Licet pleniſſimam haberet jurisdictionem, l. 7. §. 2. Non tamen gladii poteſtatē ſibi datam ad alium poterat transferre, l. 6. pr. Opprimi aliquem per adverſarii ſui potentiam non patiebatur, l. 9. §. 5. Inſigna proconſularia, quæ ubique habet, l. 1. interius in Quinquereme aſſervantur & cuſtodiuntur à Proconſulis Legato; qui nihil proprium habet, niſi ipſi à Proconſule ſit mandata jurisdictio, *l. 13.*

17. De Officio Præfecti Auguſtalis.

RECTOR *Auguſtalis Auguſtalia* habet inſignia, purpuram, lituum & lauream *Auguſtalem.* Ægypto in provinciam redactæ ab *Auguſto* fuit datus, *l. un.*

18. De Officio Præſidis.

Congruit *bono & gravi præſidi curare, ut pacata & quieta provincia ſit, quam regit; quod non difficile obtinebit, ſi ſollicite agit, ut malis hominibus provincia careat, eosq; conquirat*, &c. l. 13.

Veritas *rerum erroribus geſtarum non vitiatur; & ideo præſes provinciæ id ſequatur, quod convenit eum ex fide eorum, quæ probabuntur*, l. 6. §. 1.

Sicuti medico *imputari eventus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet. & prætextu humanæ fragilitatis delictū decipientis in periculo homines innoxiū eſſe nō debet*, §. 7. *h. t.*

Non ſpectandum eſt, *quid Romæ factum eſt, quàm quid fieri debeat*, l. 12.

Obſervandum eſt jus reddenti, *ut in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur. Nam ex converſatione æquali contemtio dignitatis naſcitur*, l. 19. pr.

Id non eſt conſtantis *& recti judicis, cujus animi motum vultus detegit*, §. 1. h. l.

SELLA SEDENS Præſes, ut pacata ſit provincia, *Sacrilegos* ob veſtem illam ſacram & calicem *(ſunt in pictura)* furto ſurrepta, & ad præſidem delata, latrones, fures, alios que SCELERATOS, *(ſunt ad illum vincti) Solicitè* conquirit, l. 13. pr. Nec patitur veritatem erroribus rerum geſtarum vitiari; quin potius ſequitur, quod convenit eum, l. 6. §. 1. Quod verò interdum per imperitiam commiſerat, ei imputabatur aliter atque medico, l. 6. §. 7. Non debet ſpectare, quid Romæ factum, quàm quid fieri debeat, l. 12. (*Roma urbs eſt in pictura*) In adeundo facilem ſe præbet, ſed contemni non patitur. *Severus* enim eſt; nonnunquam tamen excandeſcit in malos; ac ſubinde precibus calamitoſorum illachrymatur, animique motum vultus detegit, *l. 19.*

19. De Officio procuratoris Cæſaris vel Rationalis.

Si rem Cæſaris *procurator ejus quaſi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre*, l. 1. §. 1.

TUMIDUS Procurator *Turgidis* indutus braccis (Saxonicè Brock/ unde procurator nobis dictus) diadema Cæſaris manu tenet, i.e. tuetur jus Cæſaris. Diadematis, quæ res Cæſari

ris eſt, dominium non poteſt transferre in ſervum, l. 1. §. 1. Qui à procuratore jubetur opulentam adire hereditatem; cui tamen procurator ſe immeſcendo heredem facit Cæſarem.

V ITILITIGATOR iſte erat *juridicus* Alexandrinus (*pileum geſtat juridici ſive doctoris*) perperam iſte facit officium, & contra jus (*bilancem pedibus conculcat*) Tabulas & literarum documenta diſcerpit projicit ac delet Alexandrinorum, quia apud eum volebant adoptare, l. 1. & eorum, quibus tutorem dabat conſtitutione D. Marci, *l. 2.*

A CCE PTOR ille A CCE PERAT à Magiſtratu jurisdictionem (*librum*, quo jurisdictionis leges continentur, & *ſcipionem* ſeu *bacillum*, quo exercet jurisdictionem. *Hi enim, quibus aliqua mandata poteſtas in militia, cum ſcipione ſolent incedere.*) *A cceptor* iſte nihil proprium habet, ſed ejus utitur jurisdictione, qui eam mandavit, l. 1. §. 1. Ea conditione, ne illam alteri mandaret, *l. ult.*

B RE VIARIO iſto omne officium *Aſſeſſoris* eſt deſcriptum, quod conſtat in cognitionibus, Poſtulationibus, Libellis, Edictis, Decretis, Epiſtolis, l. 1. (*hæc ipſa leguntur in B rE viario*) *B rE via* circa *B rE viarium*, poſita ſunt ſubſellia, ut in iis ſedeant Aſſeſſores, iisque certum tributum eſt ſalarium, diem etiam functo legato, *l. 4.*

Eſt & hoc præcipuum *in procuratore Cæſaris, quòd & ejus juſſu ſervus Cæſaris adire hæreditatem poteſt, & ſi Cæſar heres inſtituatur miſcendo ſe opulentæ hereditati procurator heredem Cæſarem facit*, §. 2. h. l.

20. De Officii Juridici.

Adoptare *quis apud juridicum poteſt, quia data eſt ei legis actio*, l. 1.

Iuridico, *qui Alexandriæ agit, datio tutoris conceſſa eſt*, l. 2.

21. De Officio ejus, cui mandata eſt jurisdictio.

Qui mandatam *jurisdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed ejus, qui mandavit jurisdictione utitur*, l. 1. §. 1.

Mandatam *ſibi jurisdictionem mandari alteri non poſſe manifeſtum eſt*, l. 5. pr.

22. De Officio Aſſeſſorum.

Omne officium Aſſeſſoris, *quo juris ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his fere cauſis conſtant*: in Cognitionibus, Poſtulationibus, Libellis, Edictis, Decretis, Epiſtolis, l. 1.

Diem functo legato *Cæſaris, ſalarium comitibus reſidui temporis, quod à legatu præſtitum eſt, debetur*, l. 4.

DIGEST. LIB. II.

Titulos geſtat BA LÆNA. Etenim B, A, literis heic 2 ſeu numerus binarius denotatur. BA LÆNA vaſta eſt Belua (jurisdictionis *officium latisſimum* eſt, l. 1. *de jurisd*) & in vaſto jurisdictionis mari *magnæ poteſtatis*, quæ multos in *jus vocatos* abſorbet, & præprimis eos, qui cum adverſario nolunt *tranſigere*. Liber iſte habet titulos 15: P LA CIDÆ ſint *Tranſactiones*, de quibus eſt titulus poſtremus. *Materiæ LIB. II. DIGEST.*

A LBO iſto continetur latisſimum officium jus dicentis, l. 1. Cui non ſolum *jurisdictio* data eſt, ſed ea etiam conceſſa, ſine quibus illa explicari non poteſt, l. 2. Conceſſum quoque jus dicenti non ſolum *mixtum* ſed *merum* quoque imperium & poteſtas gladii, l. 3. A LBUM hoc eſt prætoris, in quo non nihil corrumpitur, l. 7. pr. *manus iſta cultello aliqua radit, & delet, adeoq; corrumpit*) Hoc committit aliquis ex familia prætoris, l. 9. Qua de cauſa ipſe prætor, licet major eſſet, ſubjecit ſe jurisdictioni aliorum, l. 14.

1. De Jurisdictione.

Jus dicentis *officium latiſſimum eſt*, l. 1.

Cui jurisdictio *data eſt, ea quoq; conceſſa videntur, ſine quibus jurisdictio explicari non potuit*, l. 2.

Merum imperium *eſt habere gladii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur.* Mixtum eſt *imperium, cui jurisdictio ineſt, quod etiam in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit*, l. 3.

Si quis id, *quod jurisdictionis perpetuæ cauſa in A lbo vel in charta, vel in alia materia propoſitum erat, dolo malo corruperit; datur in eum quingentorum aureorum judicium*, l. 7. pr.

Si familia alicujus *Album corruperit, non ſimiliter hic edicitur, ut in furto*, l. 9.

Eſt receptum, *ut ſi quis major vel æqualis ſubjiciat ſe jurisdictioni alterius, poſſit ei & adverſus eum jus dici*, l. 14.

Non conſentiunt, *qui errant*, l. 15.

Extra territorium *jus dicenti impune non paretur*, l. ult.

Qui errabant, adeoque non conſentiebant, l. 15. Deinde idem prætor iſte extra territorium ſuum volebat jus dicere; ſed ei non parebatur, *l. ult.*

2. Quod quisque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur.

Quis enim aſpernabitur *idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixit; vel dici effecit?* l. 1. pr.

Si quis apud eum, *qui magiſtratum poteſtatemq; habebit aliquid novi juris obtinuerit, quandoq; poſtea, adverſario ejus poſtulante, eodem jure adverſus eum decernetur*, §. 1. h. l.

Quid offuit *conatus, quum injuria nullum habuerit effectum*, in fine. h. l.

Bilanx, qua Bonus magiſtratus in jure ſibi pariter & aliis *ſtatuendo* utitur, penditque *ſtatuas* i.e. *ſtatuit*. quas deinde *ſtatuit perſonæ*, atque dat actionem *perſonalem* illi, qui læſus novo jure contra eum, qui *dolo* vel *lata culpa* imperaverat novum jus adverſus alterum, ut ipſe uteretur eodem jure iniquo in ſua cauſa, l. 1. Sed quoniam injuria nullum habuit effectum, conatut quoque nihil effecit, l. 1.

3. Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

Si procurator tuus, *vel tutor vel Curator jus dicenti non obtemperaverit; ipſe punitur, non dominus vel pupillus*, l. un. §. 2.

Contumax eſt Curator, idem *procurator* qui *curioni* jus dicenti non optemperat (*tecto enim capite diſcedit à judice*) quâ de cauſa ipſe eſt punitus; non dominus aut pupillus ejus, *l. un.* §. 2.

4. De in Jus Vocando.

In jus vocare *eſt juris experiundi cauſa vocare*, l. 1.

Pater is eſt, *quem nuptiæ demonſtrant*, l. 5.

Parentes naturales *in jus vocare nemo poteſt: una eſt enim omnibus parentibus ſervanda reverentia*, l. 6.

Domus *tutiſſimum cuiq; refugium atq; receptaculum eſt*, l. 18.

De Domo ſua *nemo extrahi debet*, l. 21.

Domus: in qua Delitescens in jus vocatur per apparitorem (*citationem ex charta recitat apparitor*) juris experiundi cauſa, l. 1. Is pater à filio in ius vocatur, quum tamen parentes naturales propter reverentiam in jus vocare nemo poſſit, l. 6. *Domus* illa eſt patri tutiſſimum refugium, l. 18. Neque ex ea poteſt extrahi, *l. 21.*

5. Si quis in Jus Vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit, quem ex Edictio non debuerit.

Ex quacunque cauſa *ad prætorem vel alios, qui jurisdictioni præſunt, in jus vocatus venire debet, ut hoc ipſum ſciatur, an jurisdictio ejus ſit*, l. 1. pr:

Edicto illo Excipit *Eloquens* ab apparitore in jus vocatus (*provocat ad Edictum affixum, quod monſtrat apparitori*) qui licet injuria vocaretur, neque *Edicto* vocari poſſet, in jus tamen venire jubetur ab apparitore, l. 2. pr. ne contemnatur auctoritas prætoris, l. 5. *de judice*. Quoniam non veniens multatur.

6. In jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum debent.

Edicto cavetur, *ut Fidejuſſor judicio ſiſtendi cauſa datus pro rei qualitate locuples detur*, l. 1.

Pro locuplete *accipitur Fidejuſſor in neceſſariis perſonis*, l. 3.

Fidejussor hic Fastosus eſt, quia locuples (*aureum torquem geſtat, ſplendide veſtitus*) judicio ſiſtendi cauſa (l. 1.) Per quem alter ille in jus vocatus veluti per locupletem ſatisdat, eumque monſtrat judici, etiam tanquam perſonam neceſſariam, l. 3. Potuiſſet tamen quoque cavere pignoribus, vel per juramentum, vel per nudam promiſſionem.

7. Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat.

Eximendi verbum *Generale eſt.* Eripere *enim eſt de manibus auferre* per raptum: eximere *quoque modo auferre. Vt puta, ſi quis non rapuerit quem, ſed moram fecerit, quo minus in jus veniret*, l. 4. pr.

Verba *cum effectu ſunt intelligenda*, l. 5. §. 2.

Generalis iſte Galeatus ſeu Imperator (cognoſcitur ex lituo & *Galea* criſtis ornata) *Grammatiſtam* in jus vocatum, & illuc euntem detinet, moramque ei facit, quo minus ille in jus veniat, adeoque vi eximit. Nam Eximendi verbum *Generale* eſt, l. 4. Quod verbum cum effectu accipitur, l. 5. §. 2, unde in *Generalem* ei data actio.

Homun-

H OMUNCIO ſeu **H** OMULUS ſatisdare, cogitur; ut ſecurum faciat adverſarium, l. 1. Jurato promittit, ſe fidejuſſorem daturum locupletem, non tantum facultatibus, ſed etiam conveniendi facilitate, *l. 2. pr.* Vitiosè igitur non erat cautum, nam quoties vitiosè cautum, non videtur cautum, *l. 6.* Quoniam fidejuſſor ejus erat idoneus, *l. 8.* Juſſus tamen **H** OMULUS iſte jurare de calumnia, *l. 8, §. 5. (caput caninum, quod H omulus habet, calumniatorem ſeu calumniam deſignat.)* ſi ille fuiſſet poſſeſſor rerum immobilium, ſatisdare non fuiſſet compulſus, *l. 15. pr.*

8. Qui ſatisdare cogantur vel jurato promittant vel ſuæ promiſſioni committantur.

Satisdare *dicimur adverſario noſtro, qui pro eo, quod à nobis petiit, ita cavit, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fidejuſſoribus,* l. 1.

Fidejuſſor *in judicio ſiſtendi cauſa locuples videtur dari non tantum ex facultatibus, ſed etiam ex conveniendi facilitate,* l. 2. pr.

Quoties vitiosè cautum *vel ſatisdatum eſt, non videtur cautum,* l. 6.

Jubetur jurare de calumniâ, *ne quis vexandi magis adverſarii cauſa forſitan, cum Romæ poſſit ſatisdare, in municipium evocet,* l. 8. §. 5.

Sciendum eſt poſſeſſores immobilium *rerum ſatisdare non compelli,* l. 15. pr. Poſſeſſoris accipiendus eſt, *qui in agro vel civitate rem ſoli poſſidet aut ex aſſe, aut pro parte,* §. 1. h. l.

I NNOXIUM ſervum, in *noxali causa* cum ageretur, *(nox eſt, & noctu agitatur hæc cauſâ, luna & ſtellæ apparent in cœlo) I nterpoſitus* dominus defendit, quem in noxali judicio non licet domino alienare, quem judicio ſiſti promiſerat, *l. 1.*

9. Si ex noxali cauſâ agatur, quemadmodum caveatur.

J UDICO ſe ſiſtere cupiens **J** UVENIS *(ad J anuam properat abitur?)* à *J anitore* detinetur; qui non ſolùm manu eum retinet, ſed etiam aliquid triſte ei pronunciat; videlicet propter luctum publicum eſſe *J uſtitium*; adeoque dolo malo facit, quo minus ille in judicio ſe ſiſtat, *l. 1. §. 1. & 2.* Unde contra *J anitorem* iſtum *J uveni* datur actio in id, quod intereſt, *l. 3. pr.*

10. De Eo, per quem factum erit, quo minus quis in Judicio ſiſtat.

Feciſſe dolo malo *non tantum is putatur, qui ſuis manibus vel per ſuos retinuerit: verum qui alios quoq; rogavit, ut eum detinerent,* &c. l. 1. §. 1.

Dolum malum *ſic accipimus, ut ſi quis venienti ad judicium aliquid pronunciaverit triſte,* &c. §. 2. h. l.

Ex hoc edicto adverſus eum, *qui dolo fecit, quo minus quis in judicium vocatus ſiſtat, in factum competit actio* l. 3. pr.

L INTER, in quâ *L amentatur* reus, quoniam cautionibus in judicio ſiſtendi causâ factis non poteſt obtemperare, tempeſtate & vi fluminis prohibitus, *l. 2. §. 3.* Metuit enim, ne adverſarius eâ de causâ agat condictione certi ex ſtipulatu; aut condictione incerti in id, quod intereſt. Hac neceſſitate compulſus, ne pœnâ laboraret, ad negotium tranſigendum ſeſe obtulit, *l. 2. pr.*

11. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi causâ factis non obtemperaverit.

Si quis judicio *ſe ſiſti promiſerit: & valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus ſe ſiſtere non poſſit, exceptione adjuvatur,* l. 2. §. 3.

Quis de pœnâ promiſsâ *laborat poſt negotium tranſactum?* l. 2. pr.

M ESSOR iſte, licet non ſint feriæ, nec dilationis impetrarit; attamen circa rem ruſticam *M eſſis* tempore occupatus in forum compelli non poteſt, *l. 1. pr.* Cui juri prætoris factum nihil derogat. §. 1. *h. l.* præcipuè quum jus non dicatur de iis rebus, quæ tempore vel *M orte* ſunt perituræ, *l. 3. pr.* *M eſſori* huic nihilominus in causâ pecuniariâ, cujus nomine reus factus, plus ſemel non tributa eſt dilatio; ſi fuiſſet causa capitalis, tres dilationes potuiſſent dari, *l. 10.* Interim *M iles* iſte non ſolùm per integrum diem Romanum, *l. 8.* ſed perpetuò, feriatis quoq; diebus, ibidem agit excubias, neque ei conceduntur feriæ aut dilationes.

12. De Feriis & Dilationibus & Diverſis temporibus.

Ne quis **M** eſſium *vindemiarumq; tempore adverſarium cogat ad judicium venire oratione D. Marci exprimitur, quia occupati circa rem ruſticam in forum compellendi non ſunt,* l. 1. pr.

Nec prætoris factum *juri derogare oportet,* l. 1. §. 2.

Solet etiam **M** eſſis *vindemiarumq; tempore jus dici de rebus, quæ tempore vel M orte perituræ ſunt,* l. 3. pr.

In pecuniariis cauſis *omnis dilatio ſingulis cauſis plus ſemel tribui non poteſt: In capitalibus autem reo tres dilationes, accuſatori duæ dari poſſunt: ſed utrumq; cauſa cognita,* l. ult.

M ore Romano dies *M edia nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Itaq; quidquid in his viginti quatuor horis,* id eſt, *duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt, perinde eſt, quaſi quâvis horâ lucis actum eſſet,* l. 8. Quæ ad diſciplinam *M ilitarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda inter quæ cuſtodiarum quoq; cognitionem eſſe,* l. 9.

NUGA-

13. De Edendo.

Quâ quis actione *agere volet, eam edere debet*, l. 1.

Editiones *ſine die & conſule fieri debent*, §. 2. h. l.

NUGATOR iſte *Nihil* agit vocando adverſarium in jus (*ad judicem*) & ſtipulando judicio: quum neque Actionem, neque Libellum, neque Inſtrumenta litis, neq; Rationes edat, *l. 1. pr.* (*Nugator ad cibum in menſâ ſtans Nihil edit ſeu comedit præ Nugis*) Adverſarius in jus vocatus adeſt citatus ſine die & conſule, §, *2. h. l.*

14. De Pactis.

Quid tam congruum *fidei humanæ*, *quam ea, quæ inter eos placuerunt, ſervare?* l. 1. pr.

Labeo ait, convenire poſſe *vel re, vel per epiſtolam, vel per nuncium. Inter abſentes quoq; poſſe. Sed etiam tacito conſenſu convenire intelligitur*, l. 2.

Poſtquam pignus *vero debitori reddatur, ſi pecunia ſoluta non fuerit, debitum peti poſſe, dubium non eſt: niſi ſpecialiter contrarium actum probetur*, l. 3.

Et generaliter, *quoties pactum à jure communi remotum eſt, ſervari hoc non oportet*, l. 7. §. 16.

Difficile eſt, ut unus homo *duorum vicem ſuſtineat*, l. 9. pr.

In ſtipulationibus *jus continetur*, in pactis *factum verſatur*, l. 27. §. 2.

Pacta, quæ turpam cauſam *continent, non ſunt obſervanda: veluti ſi paciſcar, ne furti agam, vel injuriarum; ſi feceris; expedit enim timere furti & injuriarum pœnam*, §. 2. h. l.

Contra juris civilis regulas *pacta conventa rata non habentur*, l. 28. pr.

Ius publicum *privatorum pactis mutari non poteſt*, l. 38.

OPTIONES *ob obligatas* pactaſque (*pacta*) merce, de quibus erant dimicaturi, *optata* ineunt *pacta*, datis utrinque dextris. Et quæ inter eos placuerant, ea ſervabant; quoniam id fidei humanæ congruum, *l. 1, pr.* Convenerat etiam inter abſentes & tacito conſenſu, *l. 2.* Ita ut merces illæ, tanquam pignus, redderentur vero debitori, *l. 3.* Quod pactum à jure communi non erat remotum, *l. 7. §. 16.* In mercibus iſtis tranſportandis unus duorum vicem ſuſtinuerat, quod erat difficile, *l. 9. pr.* In pactis his verſabatur factum, *l. 27. §. 2.* Neque tamen pacta illa continebant turpem cauſam, §. 4. *h. l.* Nec erant contra juris civilis regulas, *l. 28. pr.* Neque contra jus publicum; quod iſtorum, tanquam privatorum, pactis mutari non poteſt, *l. 38.* Neque forma juris fiſcalis, *l. 42.* Licebat tamen illis ſui juris perſecutionem & ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere, *l. 46.*

Pactis privatorum *formam juris fiſcalis convelli non placuit*, l. 42. Licet *ſui juris perſecutionem aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere*, l. 46.

15. De Tranſactionibus.

Qui tranſigit, *quaſi de re dubiâ, & lite incertâ, neq; finita tranſigit: qui vero paciſcitur, donationis causâ rem certam & indubitatam liberalitate remittit*, l. 1.

Privatis Pactionibus *non dubium eſt non lædi jus cæterorum*, l. 3.

De his controverſiis, *quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neq; tranſigi, neq; exquiri veritas aliter poteſt, quam inſpectis cognitisq; verbis teſtamenti*, l. 6.

Prætori res quærenda *commiſſa eſt, non negligenda, nec donanda*, l. 8 §. 17.

PLACIDAE tranſactiones & PActiones PlAcent PlAcentinis iſtis Privatis; qui de re dubiâ & lite incertâ neque finitâ tranſigunt, *l. 1.* Quorum *Privatorum PActionibus* cæterorum jus non læditur, *l. 3.* Tranſigunt autem de controverſiis ex teſtamento profectis, inſpectis tamen teſtamenti verbis, *l. 6.* Quæ res Prætori demum commiſſa fuit quærenda, non negligenda, neque donanda, *l. 8.* §. *17.*

DIGEST. LIB. III.

Tituli efficti ſunt ad CAdum; literæ CA, quæ nobis deſignant 3 ſeu *numerum ternarium*. Habet liber hic titulos 6 poſtremus eſt de *Calumniatoribus*, qui ſunt *FrAudulenti*. (1) Poſtulantur (2) infamia (3) procuratores (4) univerſitatis (5) ob abſentis negotia geſta (6) à Calumniatoribus.

Catena ſeu connexio Libri III. materias complectens.

1. De Poſtulando.

Poſtulare eſt *deſiderium ſuum vel Amici ſui in jure apud eum, qui jurisdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere*, l. 1. §. 2.

ADVOCATUS *Alligatus* ad poſtem poſtulat & exponit ex literis ſuum & *Amici* deſiderium, *l. 1*, §. 22. Ne videlicet pœna tempo-

re determinata contra ſententiæ fidem ulterius porrigatur, *l. 8.*

BARBATUS & BACCHANS cinædus *infamia* notatus, eſt fluctuanti & intonsâ comâ, ſordido veſtitu, ore ſevero, *(ita de infamibus Cujacius in paratit. ad hunc tit.)* Barbatus iſte ab exercitu ignominiæ cauſa dimiſſus *(gladius adjacet comminutus à lictore; ita enim milites ignominia notari ſolent)* prodit in ſcenam artis ludicræ cauſa *Bacchaturq; (ſcurra eſt, nam veſtitu, geſtibus & ſermone riſum ab audientibus captat, nulla habita ratione verecundiæ)* Et libere profitetur, ſe lenocinium facere. Aliquando etiam calumniæ & prævaricationis in judicio publico judicatus; Quin furti quoque, vi bonorum raptorum, injuriarum, *(Baculo ſeu fuſte iſto, qui adjacet, per injuriam pulſaverat Baliſtam quendam)* de dolo malo, & fraude ſuo nomine damnatus; Quin etiam pro ſocio, tutelæ, mandati & depoſiti ſuo nomine damnatus. Præterea filiam ſuam viduam, antequam virum elugeret, alii in matrimonium collocavit. Ac demum Bina ſponſalia, *Binasq;* nuptias in eodem tempore habuit. Tot criminibus obnoxius *Barbatus* iſte toties infamia fuit notatus; cum alias uno ex illis criminibus quis damnatus infamia notetur, *l. 1.* Idem perpetuò *Bacchans* uxorem non lugebat, ad id jure non compulſus; multo minus cum eſſet ſponſus, *l. 9.* Et illa, quam duxerat, intra tempus luctus ſponſa fuit, *l. 10.* Cujus nuptiis luctus liberorum & parentum non fuit impedimento, *l. 11. pr.* Quoniam ignorantia facti illam excuſabat, §. *4. h. l.* Porro eidem *Bacchanti* infamia irrogata ob crimen ſtellionatus *(in veſtimento ejus ſunt maculæ, quales habent ſtelliones).* Alius *Bacchans* ad crimina iſta iſtum fuerat exhortatus, tamen propterea non fuit mandator, *l. 20.* Nec ea de cauſa prægravatus ex ſententia pro alio habita, *l. 21.* *Bacchanti* iſti ictus fuſtium infamiam non importabat, ſed cauſa, *l. 22. (fuſtis ad ipſum jacet.)*

CAUSIDICUS (*Claudam vulpinam Concutiens*) & procurator (*laxis braccis amictus*) idem eſt *defenſor*; CAUDA iſta defenſurus reum. Ex libello iſto, quem tenet, diſcit, quomodo aliena negotia dominorum mandato adminiſtranda à Procuratoribus, & quomodo reus defendendus à defenſoribus, & quod ſine ſatisdatione non poſſit eſſe ido-

Ne pœna tempore *determinata contra ſententiæ fidem ulterius porrigatur*, l. 8. in fine.

2. De his, qui notantur infamia.

Infamia notatur, *qui ab exercitu ignominiæ cauſa dimiſſus. Qui artis ludicræ pronunciandive cauſa in ſcenam prodierit. Qui lenocinium fecerit. Qui in judicio publico calumniæ prævaricationisve cauſa quid feciſſe judicatus erit. Qui furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo & fraude ſuo nomine damnatus pactusve erit. Qui pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti, ſuo nomine, non contrario judicio damnatus erit. Qui eam, quæ in poteſtate ejus eſſet, genero mortuo, cum eum mortuum eſſe ſciret, intra id tempus, quo elugere virum moris eſt, antequam virum elugeret, in matrimonium collocaverit, eamve ſciens quis uxorem duxerit, non juſſu ejus, in cujus poteſtate eſt. Et qui eum, quem in poteſtate haberet, eam, de qua ſupra comprehenſum eſt, uxorem ducere paſſus fuerit. Quive ſuo nomine, non juſſu ejus, in cujus poteſtate eſſet, ejusve nomine, quem in poteſtate haberet, Bina ſponſalia, Binasve nuptias in eodem tempore conſtitutas habuerit,* l. 1.

Uxores *viri lugere non compellentur*, l. 9. pr.

Sponſi *nullus eſt luctus*, l. 9. §. 1.

Quæ virum eluget, *intra id tempus ſponſam fuiſſe non nocet*, l. 10.

Liberorum aut parentum *luctus impedimento nuptiis non eſt*, l. 11. pr.

Ignorantia *excuſatur non juris, ſed facti*, l. 11. §. 4.

Crimen ſtellionatus *infamiam irrogat damnato, quamvis publicum non eſt judicium*, l. 13. §. 8.

Non, qui exhortatur, *mandatoris opera fungitur*, l. 20.

Non oportet *ex ſententia ſive juſta, ſive injuſtâ, pro alio habita alium prægravari*, l. 21.

Ictus fuſtium *infamiam non importat, ſed cauſa, propter quam id pati meruit*, l. 22.

3. De Procuratoribus & Defenſoribus.

Procurator eſt, *qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat*, l. 1. pr.

Nemo alienæ litis *idoneus defenſor ſine ſatisdatione intelligitur*, l. 46. §. 2.

Defendere *eſt eandem vicem, quā reus, ſubire*, l. 51.

Omnis, qui defenditur, *boni viri arbitratu defendendus*. l. 77.

4. Quod cujuſcunque univerſitatis nomine vel contra eam agatur.

Neque ſocietas, *neq; collegium, neque hujuſmodi corpus paſſim omnibus haberi conceditur: nam & legibus & SCtis & principalibus conſtitutionibus res illa coercetur*, l. 1. pr.

Quibus permiſſum eſt corpus *habere collegii, ſocietatis, ſive cujusque alterius eorum nomine: proprium eſt, ad exemplum reip. habere res communes, arcam communem, & actorem ſive ſyndicum, per quam, tanquam in rep. quod communiter agi fierique oporteat, agatur fiat*. l. 1. §. 1.

Nulli permittetur *nomine civitatis vel curiæ experiri, niſi ei, cui lex permittit, aut, lege ceſſante, ordo dedit, cum duæ partes adeſſent, aut amplius quàm duæ*, l. 3. i. e. Partes duæ quod faciunt, omnes facere videntur.

Si quid univerſitati debetur, *ſingulis non debetur: nec, quod debet univerſitas, ſinguli debent*, l. 7. §. 1.

5. De Negotiis geſtis.

Magna utilitas *abſentium verſatur, ne indefenſi rerum poſſeſſionem aut venditionem patiantur*, l. 1.

Si quis abſentis *negotia geſſerit, licet ignorantis: tamen quicquid utiliter in rem ejus impenderit, vel etiam ipſe ſe in rem abſentis alicui obligaverit; habeat eo nomine actionem*, l. 2.

Ratihabitio *conſtituit tuum negotium, quod ab initio tuū non erat, ſed tua contemplatione geſtū*, l. 6. §. 9.

Iniquum eſt, eum, *qui non prohibuit, alieno facto liberari*, l. 8. §. 3.

Pro qualitate *perſonarum & actio formatur, & condemnatio moderatur*, l. 15.

Culpam contraxiſſe non *videbitur, quod ſententia contra abſentem dicta ipſe non provocavit*, l. 31. §. 2.

Prædo fidejuſſor *non videtur*, l. 32.

Si pecuniæ *quis negotium gerat: uſuras quoque præſtare cogitur, & periculum eorum nominum, quæ ipſe contraxit*, l. 37. §. 1.

6. De Calumniatoribus.

In eum, qui, *ut calumniæ cauſa negotium faceret, pecuniam accepiſſe dicitur, intra annum in quadruplum ejus pecuniæ, quam accepiſſe dicetur: poſt annum ſimpli in factum actio competit*, l. 1. pr.

Depectus *dicitur turpiter pactus*, l. 3. §. 2.

Turpia lucra *heredibus extorquentur, licet crimina extinguantur*, l. 5.

neus defenſor, *l. 46.* §. *2*. Et quod defendens rei vicem ſubiret, *l. 51*. Qui reus viri boni arbitratu defendendus, *l. 77*.

DUUMVIRI iſti, (*Duo Viri*) ſunt DOCTORES (*pileos geſtant, quales Doctoribus, dum honores illis conferuntur, dantur*) Univerſitatis nomine acturi ſunt (*univerſitatis inſignia, ſceptra & librum gerunt*) ſeu ſocietatis & collegii ſui, cujusmodi corpus ſine legibus & principalibus conſtitutionibus non conceditur, *l. 1. pr*. (*Libro iſto leges, conſtitutiones & privilegia univerſitatis continentur*) Alteri illorum communis arcæ, in qua res communes, cuſtodia eſt commiſſa; alter collegii ſive ſocietatis actor ſive *ſyndicus* eſt, per quem, quod communiter agi fierique oportet, agitur, *l. 1.* §. *1*. Quibus lex id permiſerat, & dederat ordo, *l. 3*. Ipſis tamen non debetur, quod debetur univerſitati; nec quod debet univerſitas, illi debent, *l. 7.* §. *1*.

EMPORIUM; ad quod navigia & merces ſignificant negotia ibidem geſta abſentium & ſæpè ignorantium ob eorum utilitatem; unde quicquid utiliter in rem abſentis *Emax* impendit, habet eo nomine actionem, l. 2. Ubi ratihabitio conſtituit negotium, *l. 6.* §. 9. Nec alieno facto potuit liberari, *l. 8.* §. 3. Sed pro qualitate perſonarum & actio formata & condemnatio, *l. 15*. Sed cum ſententia contra abſentem eſſet dicta, ipſe non provocavit, quare culpam non contraxit, *l. 31.* §. *2*. Nec ejus fidejuſſor erat prædo, l. 32. *pr*. Cui, quum pecuniæ negotium geſſiſſet, uſuras quoque præſtare coactus eſt, & periculum nominum contractorum, *l. 37.* §. *1*.

FRAUDULENTI ſunt *Calumniatores* (*faciem habent caninam, ita enim calumniatores in hieroglyphicis finguntur*.) FRAUDULENTUS maxime eſt alter ille, qui excavatæ arundini aurum ſuæ fidei depoſitum indidit, qua pro baculo utitur, atque ab adverſario in jus vocatus, ſcipionem, in quo aurum erat collocatum, tantiſper eidem committit, donec ſublatis manibus juraſſet, ſe depoſitum reddidiſſe, quo facto baculum ſimul cum indita pecunia recipit: quod in FrAudulentos torquetur in hieroglyphicis, (*arundinem ſeu baculum iſtum alter FrAudulentus calumniator manu ſua tenet*) pecuniam quoque iſti *FrAudulenti* Calumniatores acceperant, ut alii negotium facerent, *l. 1. pr*. Depecti igitur ſunt dicti, quia turpiter erant pacti, *l. 3.* §. *2*. Quæ turpia lucra ipſorum heredibus ſunt extorta, licet crimina fuerint extincta, *l. 5*.

DIGEST.

DIGEST. LIB. IV.

Tituli effictiſunt ad DAmam; literis DA numerus quaternarius deſignatur. Liber hic abſolvitur titulus 9. Poſtremus eſt; *Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant:* IGN Avus nauta cauponis eſt INSTITOR. DAma iſta (1) integra fuit reſtituta, (2) quam metus cauſa (3) & dolo malo (4) majores (5) capite minuti, atque etiam poſtea denuo (6) majores facti, (7) alienarunt judicii mutandi cauſa. (8) Receptis autem arbitris (9) eam juſſi ſunt reſtituere per nautas. *Connexio Titulorum.*

AXEM (*qui deſignat nobis actionem*) ABSENS AMISERAT AGRICOLA iſte, quem Antonini & Aviti Aequitate reſtitutum integrum portat, (*Axis eſt integer*;) Licet enim nihil facile mutandum ex ſolennibus; quum tamen æquitas evidens poſceret, ſubveniendum cenſuit *Antoninus*, (l. 7. pr.) & deſcendendum ad famoſam actionem; quoniam remedio locus eſſe non poterat.

BOMBARDA à BALISTARIO adactus BIBLIOPOLA metus cauſa dat illi chirographum, quod, quia vi & metu inſtantis periculi mentisque trepidatione geſtum, ratum non habetur, *l. 1.* Metus non eſt vanus, qui in conſtantisſimum cadat, *l. 6.* Vult enim iſtum, ut adulterum occidere, *l. 7. §. 1.* Qui metus viris bonis major eſt, quam mortis, *l. 8. §. 2.* Licuiſſet quidem *Bibliopolæ* vim vi repellere, *l. 12. §. 1.* Sed non poteſt, quia inermis eſt. Exigit ita *Baliſtarius* ipſe, non per judicem, quod ſibi debere putat *Bibliopolam, l. 13.* Verùm id in ipſius præmium non poteſt verti, *l. 14. §. 5.* Neque quod ſcelere hoc fuit quæſitum, ad compendium heredis pertinet, *l. 16. §. 2.*

1. De in integrum Reſtitutionibus

Divus Antoninus *Marcio Avito prætori de ſuccurrendo ei, qui abſens rem amiſerat, in hanc ſententiam reſcripſit: Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus; tamen ubi æquitas evidens poſcit, ſubveniendum eſt*, l. 7. pr.

Ad famoſam actionem *tunc deſcendendum eſt, cum remedio locus eſſe non poteſt*, l. 7. in fine.

2. Quod metus cauſa geſtum erit.

Quod metus cauſa *geſtum erit, ratum non habebo, olim ita edicebatur, quod vi metusve cauſa*, l. 1.

Metus eſt *inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio*, l. 1.

Vis eſt *majoris rei impetus, qui repelli non poteſt*, l. 2.

Metum non *vani hominis, ſed qui merito, & in hominem conſtantisſimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus*, l. 6.

Non omnem adulterum *licet occidere vel furem, niſi ſe telo defendat*, l. 7. §. 1. Viris bonis *iſte metus major, quam mortis eſſe debet*, l. 8. §. 2.

Cum liceat vim vi *repellere, quod fecit, paſſus eſt*, l. 12. §. 1.

Tu vim putas *eſſe ſolum, ſi homines vulnerentur? Vis eſt tunc, quoties quis id, quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit*, l. 13.

In alterius *præmium verti alienum metum non oportet*, l. 14. §. 5. Licet pœna *ad heredem non tranſeat, attamen quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium heredis non debet pertinere*, l. 16. §. 2.

COLLUSOR CALLIDUS (*l. 1.*) *colludente* tutore (*l. 5.*) *circumvenit* pupillum, eumque dolo malo decipit, (*dolone malo læditur pupillus à Colluſore*) qui inops erat, *l. 6.* & magnæ *calliditatis*, l. 7. Quique ex pupilli damno volebat lucrari, *l. 28.* Verùm iſto tanquam debitore liberato, ejus fidejuſſor quoque fuit dimiſſus, *l. 19.* Quoniam pro libertate ejus ſemel fuit dicta ſententia, quæ non poterat retractari, *l. 24.*

3. De Dolo malo.

Dolus malus *eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita*, l. 1. §. 2.

Si quis pupillus *à Titio, tutore auctore Colludente, circumſcriptus ſit: non debere eum de dolo actionem adverſus Titium habere, cum habeat tutelæ actionem, per quam conſequatur, quod ſua interſit*, l. 5.

Is nullam *videtur actionem habere, cui propter inopiam adverſarii inanis actio eſt*, l. 6.

Niſi ex magna *& evidenti Calliditate non debet de dolo actio dari*, l. 7. in fine. Non debet *quis lucrari ex alieno damno*, l. 28. Debitore liberato, *per conſequentias ipſe quoq; (fidejuſſor) dimittitur*, l. 19.

DILAPIDANT *Datam* à *Debitoribus* pecuniam minores viginti quinque annis (*ex leg. 7. §. 2.*) Alius projicit pecuniam; reliqui e-

4. De Minoribus viginti quinque annis.

Inter omnes conſtat, fragile eſſe & infirmũ hu-

juſmodi ætatum conſilium, & multu captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum, l. 1. pr.

Et ideo hodie *in hanc usq; ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi debebit, quamvis bene rem ſuam gerentibus*, l. 1. §. 3.

Sed etſi ea pecunia *à debitore paterno ſoluta ſit, vel proprio, & hanc perdidit; dicendum eſt, ei ſubveniri, quaſi geſtum ſit cum eo*, l. 7. §. 2.

Interdum reſtitutio *& in rem datur minori, i. e. adverſus rei ejus poſſeſſorem, licet cum eo non ſit contractum, &c.* l. 13. §. 1.

D'olo aliquid *minor fecit in re depoſitâ, vel commodatâ, vel alias in contractu: an ei ſubveniatur, ſi nihil ad eum pervenit? & placet in delictis minoribus non ſubveniri, nec hic itaq; ſubvenietur*, l. 9. §. 2.

Nec eventus *Damni reſtitutionem indulget, ſed inconſulta facilitas*, l. 11. §. 4.

Pomponius ait, *in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circumvenire*, l. 16. §. 4.

pulanto perdunt & profundunt pecuniam. Horum ætas, qvum ſit infirma & inſidiis expoſita (*l. 1. pr.*) curatorum auxilio eſt regenda, *l. 1. §. 3.* Qui pecuniam à *Debitore* paterno acceptam ita *Dilapidant* dicentes, ſibi nihilominus ſubveniri, *l. 7. §. 2.* Minoribus enim læſis datur actio perſonalis in rem contra quemvis impoſtorem & poſſeſſorem, ad reſtitutionem, *l. 13. §. 1.* Sed quum in pecunia depoſita feciſſent aliquid *Dolo*, iis non ſubveniebatur; in *Delictis* enim non ſubvenitur minoribus, *l. 9. §. 2.* Nec eventus *Damni* reſtitutionem indulget, *l. 11. §. 4.* Quoniam contrahentibus licet ſe circumvenire, *l. 16. §. 4.* Neq; ſemper ea, quæ cum minoribus aguntur, reſcindenda, *l. 24. §. 1.* Etenim non eſt ætatis excuſatio adverſus præcepta legum, *37. §. 1.* Præcipuè ſi contemnant ea, quæ pro ipſis introducta, *l. 41.*

Non ſemper ea, *quæ cum minoribus aguntur, reſcindenda ſunt, ſed ad bonum & æqvum redigenda* l. 24. §. 1. Non ſit ætatis excuſatio *adverſus præcepta legum ei, qui, dum leges invocat, contra eas committit*, l. 37. §. 1. Unicuique licet contemnere *hæc, quæ pro ſe introducta ſunt*, l. 41.

5. De Capite minutis.

Capitis minutio eſt ſtatus permutatio, *l. 1.*

Nemo delictis *exuitur, quamvis capite minutus ſit*, l. 1. §. 3.

Injuriarum *& actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant*, l. 7. §. 1.

Civilis ratio *naturalia jura corrumpere non poteſt*, l. 8.

Capitis deminutionis *tria genera ſunt*: maxima, media, minima. *Tria enim ſunt, quæ habemus*: libertatem, civitatem, familiam. *Igitur cum omnia hæc amittimus, hoc eſt, libertatem, & civitatem, & familiam*: maximam eſſe capitis deminutionem. *Cum vero amittimus civitatem, libertatem retinemus*: mediam eſſe capitis deminutionem. *Cum & libertas & civitas retinetur, familia tantum mutatur*: minimam eſſe capitis deminutionem *conſtat*, l. 11.

Mancipatus (è manu illa acceptus ſeu traditus) *capite eſt minutus* ſeu multatus; cæterorum quoque *ſtatus*, qui capite ſunt minuti ſeu multati, valde *eſt permutatus*, l. 1. Neque tamen ita delictis exuti, unde *Actio* data *perſonalis* contra hos debitores, qui ſtatum mutarunt, reſciſſa ſtatus mutatione, *l. 2. §. 3.* Nam *obligationes actionum ex delicto venientium cum capite ambulant*, l. 7. §. 1. *Nec civilis ratio naturalia jura corrumpere heic poteſt*, l. 8. In tribus iſtis generibus capitis deminutionis, maxima (*maximum caput ad maximum truncum*) media (*caput & truncus mediæ magnitudinis*) minima (*manus ex qua alius acceptus deſignat emancipationem*) l. 11.

6. Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituuntur.

(Juſtam abſentiæ *cauſam habent milites*: *Qui reip. cauſa abſunt*: *& qui ſtudiorum cauſa*: *& qui ab hoſtibus capti; aut ſunt in vinculis.*)

Metus cauſa *abeſſe videtur, qui juſto timore, mortis vel cruciatus corporis conterritus abeſt*, l. 3.

Item, qui reip. cauſa *ſine dolo malo abfuiſſent*, l. 4.

Milites plane, *qui Romæ militant, pro reip. cauſa abſentibus habentur*, l. 7.

Item ei ſuccurritur, *qui in hoſtium poteſtate fuit*, i. e. ab hoſtibus captus, l. 14.

Ab hoſtibus captis, *poſtliminio reverſis ſuccurritur*, l. 15.

Succurritur etiam ei, *qui in vinculis fuiſſet, nihil intereſt, parietibus an compedibus teneatur*, l. 9.

Fiscalis, i. e. magiſtratus (*l. 6.*) cum *Fiſcella*, in qua pecuniam publicam aſſervat, XXV. annis major, metus cauſa, *l. 3.* Reipublicæ cauſa abfuerat, *l. 4.* Cum Romæ militaret, *l. 7.* Captus ab hoſtibus, *l. 14.* & 15. *Ferreis* vinculis (ſunt in Pictura) fuit conſtrictus; (*quanquam nihil interſit, parietibus an compedibus quis teneatur*, l. 9.) Hic vinculis ſolutus in itinere infirmitate impeditus, *l. 38. §. 1.* Redux tandem poſt *Ferias* extra ordinem celebratas, *l 26. §. 7.* reſtitutus eſt in integrum, Quoniam etiam ſtudiorum cauſa abfuerat; *l. 28. pr.* Hinc quidem datum eſt ei *judicium* prætorium *perſonale in rem* ſcriptum ad reſtitutionem contra eum, qui læſerat

rat abſentem. Sed tamen *cauſa facti poſt liminio non continebatur*, l. 19.

Si Feriæ *extra ordinem ſint indictæ*, l. 26. §. 7. *deliberare debet prætor, an ei ſubveniri debeat*, *Cauſa facti non continetur poſtliminio*, l. 19.

GIGANTEM hunc veluti potentiorem adverſarium ſuo loco ſubſtituerat *Gnatho* rem ſuam *alienando*, idque datâ operâ & in fraudem, *judicii mutandi causâ* (*Gigas judicem cum tribunali removet, ut alius ſubſtituatur.*) Unde actio in factum nata tanti, quanti, intererat, alium non fuiſſe ſubſtitutum adverſarium, *L. 1. pr.* Si tamen ex verecunda cogitatione, qua lites exſecraret, feciſſet, non fuiſſet vituperandum, *l. 4. §. 1.*

HIPPOCRATES medicus *Recepta* oſtentat medica. *Arbitrium* ille receperat, ut ſententiam diceret *Arbiter*, ad ſimilitudinẽ judicis, ad lites finiendas (*l. 1.*) humorum, ex quibus alias naſcuntur morbi. Exceptionem ille non admittit, *l. 2.* Quod ſententiæ arbitri ſtandum, *l. 27. §. 2.* Neminem quidem cogit arbitrium recipere; attamen ſi quis ſemel recepit arbitrium, ad ſuam curam pertinere putat finire lites, *l. 3. §. 1.* Diem proferri permittit, *l. 27. pr.* Alias, qui litigatorum abeſt, per quem factum, quo minus arbitretur, illum pœna afficit, *l. 27. §. 4.* Si verò nulla adjecta ſit pœna compromiſſo, incerti dat *Hippocrates* actionem ad id, quod intereſt, *l. 27. §. 6.* At cum eidem *Hippocrati* obveniſſet *ſacerdotium*, non cogebatur arbiter ſententiam dicere, propter honorem perſonæ, cujus eſt ſacris vacare, *l. 32. §. 4.* (*Hippocrates habitum geſtat ſacerdotis.*)

Sed ſi pœna *non fuiſſet adjecta compromiſſo, ſed ſimpliciter ſententiæ ſtari quis promiſerit: incerti adverſus eum foret actio*, l. 27. §. 7. Sacerdotio obveniente *videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere? id enim non tantum honori perſonarum, ſed & majeſtati Dei indulgetur, cujus ſacris vacare ſacerdotes oportet*, l. 32. §. 4.

IGNAVUS *Nauta*, cui propter *IgnA viam* navis adempta, jam *Cauponis* & *Stabularii Inſtitor*, *negotiis* iſtorum exercendis præpoſitus, vendit vinum ſublimatum & tabacum: Is jubetur *recepta reſtituere*. Etenim opera mediaſtini non fungitur, *l. 1.*

Plane ſi infirmitate *impeditus continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis*, l. 38. §. 1. Nec non & ſi quis de cauſa probabili *abfuerit*, puta ſtudiorum cauſa, *l. 28. pr.*

7. De Alienatione judicii mutandi cauſa facta.

Si quis alienando *rem alium nobis adverſarium ſuo loco ſubſtituerit, idq; data opera & in fraudem noſtram fecerit, tanti nobis in factum actione teneatur, quanti noſtra interſit alium adverſarium nos non habuiſſe*, l. 1 pr.

Verecunda cogitatio *ejus, qui lites exſecratur, non eſt vituperanda*, l. 4.

8. De Receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant.

Compromiſſum *ad ſimilitudinem judiciorum redigitur: & ad finiendas lites pertinet*, l. 1.

Stari debet ſententiæ arbitri, *quam de re dixerit, ſive æqua ſive iniqua ſit: & ſibi imputet, qui compromiſit*, l. 27. §. 2.

Ex compromiſſo *placet exceptionem non naſci*, l. 2.

Tametſi neminem prætor cogat *arbitrium recipere, quoniam hæc res libera & ſoluta eſt, & extra neceſſitatem juriſdictionis poſita, attamen, ubi ſemel quis in ſe receperit arbitrium, ad curam & ſollicitudinem ſuam hanc rem pertinere prætor putat, non tantum, quod ſtuderet lites finiri, verùm quoniam non deberent decipi, qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt*, l. 3. §. 1.

Diem proferre *vel præſens, vel per nuncium, vel per epiſtolam poteſt*, l. 27. pr.

Si quis litigatorum defuerit: *quia per eum factum, quo minus arbitretur, pœna committetur*, l. 27. §. 4.

9. Nautæ Caupones, Stabularii, ut recepta reſtituant.

Ait prætor; *Nautæ, Caupones, Stabularii, quod cujusque ſalvum fore receperint, niſi reſtituant, in eos judicium dabo*, l. 1. pr.

Quia neceſſe eſt *plerumq; eorum fidem ſequi, & res cuſtodiæ eorum committere*, l. 1. §. 1. Nautam *accipere debemus eum, qui navem exercet*, l. 1. §. 2. Caupones autem & *Stabularios æquè eos accipiemus, qui cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoresve eorum. Cæterum ſi qui opera mediaſtini fungitur, non continetur*, l. 1. §. 5.

DIGEST. LIB. V.

Tituli ſunt E ſcA: nam literæ EA nobis 5 ſeu *quinarium numerum* deſignant. Habet liber hic titulos 6. Poſtremus eſt de *Fidei commiſſaria hereditatis petitione*. *Fides* hic ſunt commiſſæ

Fidicinibus iſtis, qui hereditatem flexis genubus ſupplices petunt. Qvum per arbitros, quorum lib. IV. Dig. mentio facta, nihil effectum, (1) ad judicium itum eſt, quod (2) ex inofficioſo testamento Esc Am parabat, miram his, qui ex illo (3. 4. 5.) hereditates petebant.

Materia LIB. V. DIGEST.

1. De Judiciis, & ubi quisque Agere vel conveniri debeat.

Si ſe ſubjiciant *aliqui jurisdictioni, & conſentiant, inter conſentientes cujusvis judicis, qui tribunali præeſt, vel aliam jurisdictionem habet, eſt jurisdictio*, l. 1.

Error litigatorum *non habet conſenſum*, l. 2. pr.

Lis nulla *nobis eſſe poteſt cum eo, quem in poteſtate habemus, niſi ex caſtrenſi peculio*, l. 4.

Magis placuit *eum videri Actorem, qui ad judicium provocaſſet*, l. 13.

Qui appellat *prior, agit*, l. 29.

Iniquum eſt, *aliquem ſuæ rei judicem fieri*, l. 14.

Neque magnum damnum *eſt, in mora modici temporis. Modicum autem tempus hic intelligendum eſt, quod poſt condemnationem reis indultum eſt*, l. 21.

Ubi cœptum *eſt ſemel judicium ibi & finem accipere debet*, l. 30.

Per minorem cauſam *majori cognitioni præjudicium fieri non oportet: major enim quæſtio, minorem cauſam ad ſe trahit*, l. 54.

Solemus dicere, *id venire in judicium, de quo actum eſt inter litigantes*, l. 61.

Ad peremptorium edictum *hoc ordine venitur, ut quis primo petat poſt abſentiam adverſarii edictum primum, mox alterum*, l. 68.

Per intervallum *non minus decem dierum*, l. 69.

Et tertium, *quibus propoſitis tunc peremptorium impetret, quod inde hoc nomen ſumſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt, ultra non pateretur adverſarium tergiverſari*, l. 70.

In peremptorio autem *comminatur is, qui edictum dedit, etiam abſente diverſa parte cogniturum ſe, & pronunciaturum*, l. 71.

Nonnunquam autem *hoc edictum poſt tot numero edicta, quæ præceſſerint, datur: nonnunquam poſtunum vel alterum: nonnunquam ſtatim, quod appellatur unum pro omnibus*, l. 72.

Sciendum eſt, ex peremptorio *abſentem condemnatum, ſi appellet, non eſſe audiendum: ſi modo per contumaciam defuit. Si minus, audietur*, l. 73. §. 3.

Cujus rei ſpecies *eadem conſiſtit, res quoq; eadem eſſe exiſtimatur*, l. 76.

Judex, prout religio *ſuggerit, ſententiam proferre debet*, l. 79. §. 1.

2. De Inofficioſo Teſtamento.

ALIENUM eſt ARABUM (*ex habitu & veſtitu cognoſcuntur*) ASSESSORUM judicium, ubi ARGENTARIUS *Adſtans* conveniri non poteſt (*tecto adſtat capite, neq; iſtis, quos judices non agnoſcit, honorem judicibus debitum defert*) Non enim conſenſerat, neque iſtorum jurisdictioni ſe ſubjecerat, *l. 1.* Errore, qui conſenſum non habet, litigatoris (*qui eſt unus ex Aſſeſſoribus*) eo fuerat citatus, *l. 2. pr.* ob peculium caſtrenſe, *l. 4.* Qui volebat videri *Actori*, quod ad judicium hoc provocaſſet *l. 13.* & appellaſſet prior, *l. 29.* Neque ſolum volebat videri *Actor*; ſed etiam ſuæ rei fieri judex, quod iniquum, *l. 17.* (*unus ex Aſſeſſoribus iſtis eſt litigator ſeu Actor, qui idem rei ſuæ judex fieri deſiderat*) Et qvum, *Argentarius* moram incuſaret, idem cenſebat, non magnum damnum eſſe in mora modici temporis, *l. 21.* (*modicum tempus denotat clepſydra, quæ exiguum tempus conficit*) Atque quod heic, ubi ſemel cœptum judicium, ibi quoque debeat accipere finem, qui propterea expectandus, nullâ habitâ ratione temporis, *l. 30.* Nec minorem cauſam majori cognitioni præjudicium facere, *l. 54.* Idque venire in judicium, de quo actum inter litigantes, *l. 61.* *Argentarius* citatus peremptorie edicto primo, mox altero etiam, l. 68. Per intervallum decem dierum, *l. 60.* Et demum tertio, quod premens *Argentarium*, non patiebatur ultra tergiverſari, *l. 70.* Nam peremptorio edicto *Aſſeſſores, Arabes* comminati, ſe etiam abſente diverſa parte cognituros & pronunciaturos, *l. 71.* Idque eo magis, quoniam potuiſſent hoc edictum poſt unum vel alterum, atque etiam ſtatim dare, *l. 72.* *Argentarius* tamen ex peremptorio iſto non poterat condemnari abſens: nam per contumaciam non abeſt, ſed *præſens Appellat*, l. 73. §. 3. Verum mutatione judicis judicium non fuit mutatum: nam ejuſdem rei ſpecies eadem conſiſtit, *l. 76.* Judex novus ſententiam proferre juſſus, prout religio ſuggereret, *l 79. §. 1.*

BULLA BONIFACII i. e. diploma papale, in quo *in officioſum teſtamentum* eſt ſcriptum (*teſta in eo vitiata deſignat teſtamentum vitiatum ſeu inofficioſum*) Vitioſa quoque eſt, quoniam

niam *uno* tantum firmatum *ſigillo*; quod ex eo pendet. Parentes & liberi de hoc teſtamento diſputabant, *l. 1.* Hoc colore, quaſi non ſanæ mentis fuerit teſtator, cum illud ordinaſſet, & iſtud fecerit non ex officio pietatis, *l. 2.* Allegabantque, quare nec exheredari nec præteriri debuerint, *l. 3.* Quoniam non minus parentibus, quam liberis pie debeat relinqui, l. 15. *pr.* Et hi, quum in inſtituta lite perſeverarent, *l. 13. §. 1.* Nihil ex eo teſtamento inofficioſo valuit; *l. 28.*

Omnibus tam parentibus, *quam liberis de inofficioſo licet diſputare*, l. 1.

Hoc colore de inofficioſo teſtamento *agitur, quaſi non ſanæ mentis fuerit, qui teſtamentum ordinarit; & hoc dicitur, non quaſi vere furioſus vel demens teſtatus ſit, ſed recte quidem fecit teſtamentum, ſed non ex officio pietatis: nam ſi vere furioſus eſſet vel demens, nullum eſt teſtamentum* l. 2.

Inofficioſum teſtamentum *dicere hoc eſt, allegare, quare exheredari vel præteriri non debuerit, &c.* l. 3.

Turbato ordine *mortalitatis non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet*, l. 15. pr.

Non ſufficit *litem inſtituere, ſi non in ea perſeveret.* l. 13. §. 1. Cum inofficioſum *teſtamentum arguitur, nibil ex eo teſtamento valet*, l. 28.

CADUCæ CASæ hereditatem ſupplex petit CINIFLO quã ad ſeſe jure pertinere exiſtimat. Intendit ille, veluti heres ex aſſe *Caſam* iſtam totam ſuam eſſe hereditatem: & petit, ut judex id reſtituat, quod in ea poſſidet adverſarius, *l. 10. §. 1.* Qui quoniam conditionis implendæ gratiâ illud acceperat, pro herede non poteſt poſſidere, *l. 13. §. 6.* Dolo etiam ſe obtulerat petitioni, *l. 13. §. 13.* Si caruiſſet dolo, non fuiſſet prædo, *l. 25. §. 6.* Et poſt controverſiam â *Ciniflone* motam incipiebat eſſe malæ fidei poſſeſſor, §. *7. h. l.* Bonæ fidei poſſeſſor ſi fuiſſet; ratio neceſſariarum & utilium impenſarum fuiſſet habita: ſed prædo ipſe de ſe querebatur, *l. 38.* Alius, qui dolo fecerat (*dolones ſunt, quibus Caſa fulcitur*) quo minus poſſideret, ut poſſeſſor fuit comdemnatus, *l. 25. § 8.*

3. De Hereditatis petitione.

Qui ex aſſe *vel ex parte heres eſt, intendit quidem hereditatem ſuam eſſe totam vel pro parte, ſed ſolum ei officio judicis reſtituitur, quod adverſarius posſidet, &c.* l. 10. §. 1.

Pro herede, *quod conditionis implendæ gratia accepit, non posſidetur*, l. 13. §. 6.

Dolo facit is, *qui ſe offert petitioni, &c. Omnis qui ſe offert petitioni, quaſi posſidens tenetur*, l. 13. §. 13.

Non puto hunc eſſe prædonem, *qui dolo caret, quamvis in jure erret*, l. 25. §. 6.

Poſt litem conteſtatam *omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe: quinimo poſt controverſiam motam*, l. 25. §. 7.

Plane in cæteris neceſſariis *& utilibus impenſis poſſe ſeparari, ut bonæ fidei quidem poſſeſſores has quoq; imputent: prædo autem de ſe queri debeat, qui ſciens in rem alienam impendit*, l. 38.

Is qui dolo malo *fecit, quo minus posſideret, ut poſſeſſor condemnatur*, l. 25. §. 8.

DIMIDIAM partem hereditatis (*Dimidia domus denotat partem hereditatis*) DICAX vidua petit *Documentis* literarum exhibitis ex ſuo jure, non quod poſſeſſor occuparat, *l. 1. §. 1.* Et quoniam ventri proſpectum, in tempus naſcendi omnia jura ſibi integra reſervari voluit, de numero liberorum incerta, quot ſit editura; verum *legislatores prætereunt, quod ſemel aut bis exſtitit*, *l. 3.*

4. Si Pars Hereditatis petatur.

Qui hereditatem vel *partem hereditatis petit, is non ex eo metitur, quod poſſeſſor occupavit, ſed ex ſuo jure*, l. 1. §. 1.

Antiqui libero ventri *ita proſpexerunt, ut in tempus naſcendi omnia ei jura integra reſervarent.* — *Quod ſemel tantum aut bis exſtitit, id prætereunt legislatores*, l. 3.

EMENDICARE volebat *Exterus poſſeſſoriam Hereditatis petitionem* (poſtis eſt hereditarius, cui innititur, deſignat *poſſeſſoriam hereditatem*) ut fieret ſimilis heredi, *l. 1.*

FIDEI *commiſſarii*, quibus FIDES, ſeu chordæ muſicæ tenent, commiſſæ, petunt hereditatem, adverſus alterum iſtum, qui pro poſſeſſore hereditatem poſſidet, l. 3. (*in poſte ſedet.*)

5. De Poſſeſſoria Hereditatis petitione.

Prætoriæ hereditatis *petitiones etiam dantur illis, qui ſimiles ſunt heredibus*, (ex leg. 1.)

6. De Fideicommiſſaria Hereditatis petitione.

Fideicommiſſaria *petitio datur ei, cui data eſt hereditas ex Fideicommiſſo, adverſus eum, qui pro herede, vel pro posſeſſore hereditatem posſidet*, (ex leg. 3.)

DIGEST.

DIGEST. LIB. VI.

Tituli circum ſcribuntur FAlce, literæ FA nobis 6 ſeu numerum ſenarium indicant. Abſolvitur hic liber Titulis 3. Poſtremus eſt; *ſi ager vectigalis* i. e. *emphyt. petatur.* CArus eſt Cultus ager. *FAlce* iſta (1) Res vindicatur (2) Publiciana in rem actione (3) videlicet Ager vectigalis.

Materia LIB. VI. DIGEST.

1. De Rei vindicatione.

Specialis in rem actio *locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus; tam his, quæ animâ carent: & in his, quæ ſolo continentur,* l. 1. §. 1.

Si in rem aliquis agat, *debet deſignare rem, & utrum totam, an partem, & quotam petat: appellatio enim rei non genus, ſed ſpeciem ſignificat,* l. 6.

Officium judicis in *hac actione hoc erit, ut judex inſpiciat, an reus poſſideat, nec ad rem pertinebit, ex qua cauſa poſſideat: ubi enim probavi rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, qui non objecit aliquam exceptionem,* l. 9.

In rem actio *competit ei, qui aut jure gentium, aut jure civili dominium adquiſivit,* l. 23.

Fructus non modo percepti, *ſed & qui percipi honeſte potuerunt, æſtimandi ſunt,* l. 33.

Eorum, quæ ſine interitu *dividi non poſſunt, partem petere poſſe conſtat,* l. 35. §. 3.

Redemptores, *qui ſuis cæmentis ædificant, ſtatim cæmenta faciunt eorum, in quorum ſolo ædificant;* l. 39.

ABACTOR *Aſſerit* & vindicat ſibi actione ſpeciali in rem non tantum mobilia iſta *Animalia*, ſed etiam *Anima* carentia: & in his, quæ ſolo continentur, *l. 1.* §. 1. Rem illam, in quam agit ejuſque partes deſignat (*baculo*) *l. 6.* Probaverat idem *Abactor* judici rem illam ſuam eſſe, *l.* 9. Dominium jure gentium & civili acquiſierat, *l. 23.* pr. Petierat autem ut fructus ex *Animalibus* iſtis percepti, & qui potuiſſent percipi, *Aeſtimarentur*, *l. 33.* Eorum, quæ ſine interitu non poterant dividi, petierat tantum partem, *l. 35.* §. 3. Cæmenta verò, quibus in alieno ſolo ædificarat redemptor, erant illius, in cujus ſolo ædificarat, *l. 39.* Quod autem ſupererat ex illa re ſua, ejus habebat vindicandi poteſtatem *l. 49.* Sed *Abactor* iſte, *Animalia* illa reſtituere juſſus, quum non pareret, manu militari officio judicis ab illo poſſeſſio demum tranſlata eſt *l. 68.*

Meum eſt, *quod ex re mea ſupereſt, cujus vindicandi jus habeo,* l. 49. Qui reſtituere juſſus *judici non paret, contendens non poſſe reſtituere, ſiquidem habeat rem, manu militari officio judicis ab eo poſſeſſio transfertur,* &c. l. 68.

2. De Publiciana in rem actione.

Eſt juſtus poſſeſſor *& petitor, qui liberalitatem accepit,* l. 7. §. 3.

Publiciana actio *ad inſtar proprietatis, non ad inſtar poſſeſſionis reſpicit.* §. 6. h. l.

Ei ſoli *debet nocere jusjurandum, qui detulit,* §. 7. h. l. 7.

Traditionem *rei emptæ oportet fieri bona fide,* §. 17. h. l. 7.

Siquis rem apud ſe *depoſitam vel ſibi commodatam emerit, vel pignori ſibi datam, pro tradita erit accipienda,* l. 9. §. 1.

Qui momento poſſedit, *recte hac experietur actione,* l. 12. §. 7.

Neque creditor, *neque is, qui precario rogavit, eo animo nanciſcitur poſſeſſionem, ut credat ſe dominum eſſe,* l. 13. §. 1.

Publiciana actio *non ideo comparata eſt, ut res domino auferatur,* l. 17.

BOVILE hoc publicum eſt, quod *Bovis* ſignum ex eo pendens commonſtrat *Bonæ fidei* poſſeſſor illud poſſidet (*calix cum ſigno crucis ſignif. Bonam fidem*) & ipſe poſſidet Bovile, cui inſidet. Juſtus eſt poſſeſſor, quoniam liberalitatem acceperat, *l. 7.* §. *3.* Quin publice agit *Bovile* hoc, ut ad inſtar proprietatis reſpiciatur. §. 6. *h. l.* Nocuit tamen jusjurandum ejus adverſario, qui detulerat, §. 7. *h. l.* Propter res emptas, quarum traditio bona fide fieri debebat. §. *17. h. l.* Emerat etiam res depoſitas, ſibi commodatas, & pignori datas, quæ pro traditis acceperat: eæque manſerunt apud eum, *l. 9.* §. *1.* Quoniam melior cauſa poſſidentis, §. 4. *h. l.* Licet momento poſſideret, *l. 12.* §. *7.* Nam quamdiu creditor aut precario nactus poſſeſſionem illarum rerum, non credit ſe earum eſſe dominum, *l. 13.* §. *1.* *Publiciana* enim *actio* ideo non erat comparata, ut res domino auferretur, *l. 17.*

CArus eſt Cultus *ager vectigalis*, qui petitur à Colono, cui in perpetuum erat locatus, *l. 1. pr.* Quamvis autem iſte non effectus ejus dominus; competit tamen ei *in rem actio* adverſus quemvis poſſeſſorem, *§. 1. h. l.* Dummodo vectigal ſolvat, *l. 2.* nec tempus conductionis, ſi ad tempus conduxerit, finitum ſit, *l. 3.*

3. Si Ager vectigalis, *i. e.* Emphyteuticarius petatur.

Vectigales (agri) *vocantur, qui in perpetuum locantur*, i. e. *hac lege, ut tam diu pro illis vectigal pendatur, quamdiu neq; ipſis, qui conduxerint, neq; his, qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eos liceat.* &c. l. 1. pr.

Qui in perpetuum *fundum fruendum conduxerunt à municipibus, quamvis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis in rem actionem adverſus quemvis poſſeſſorem, ſed & adverſus ipſos municipes*, §. 1. h. l.

Ita tamen, *ſi vectigal ſolvant*, l. 2.

Idem eſt, & ſi ad tempus *habuerint conductum, nec tempus conductionis finitum ſit*, l. 3.

DIGEST. LIB. VII.

TItuli effecti ſunt in GALERO, qvoniam literæ G, A, nobis 7 notant. Habet hic liber titulos 9. Poſtremus eſt, *Uſufructuarius quemadmodum caveat.* IMPAVIDUS Inquilinus, GALERUS in bello adhibitus varios conſequutus eſt fructus; operasque ſervorum. *Materia lib. VII. DIGEST.*

ALLUVIONIS ad inſulam legatam uſusfructus ad fructuarium pertinet (*ex leg. 9. §. 4.*) qui habet jus rebus in *Arboribus* natis utendi, fruendi, *l. 1.* Metuebat autem uſufructuarius, ne inſula illa cum alluvione periret, atque ita quoque jus ipſius interiret, *l. 2.* Legatæ fuerant eidem uſufructuario *Aedes* cum *Areâ* poſt *Arbores* illas poſitas; neque tamen poterat in *Areâ* legatâ *Aedificium* ponere, (præter caſum cuſtodiæ causâ (*ex l. 23.*) licet omnis fructus, & rei ſoli, & rei mobilis, eidem eſſet legatus, *l. 7.* Attamen quicquid ibi naſcitur, & quicquid inde poterat percipi, ipſius fructus eſt, *l. 9. pr.* *Apiaria* ſunt in arboribus iſtis, ex quibus uſusfructus ad illum pertinet, §. *1.* In *Alluvione* (§. 4.) ſub *Arboribus* iſtis interdum *Aucupia*, interdum Venationes exercet, & in *Aquâ* piſcationes, §. 5. Obtinebat idem fructuarius omnem ſeminarii fructum, eumque vendebat, § 6. Non tamen habebat facultatem vendendi inſtrumenta:

I. De Uſufructu, & quemadmodum quis utatur, fruatur.

Uſusfructus eſt *jus alienis rebus utendi fruendi*, l. 1.

Eſt uſusfructus *jus in corpore, quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt*, l. 2.

Uſufructu legato *omnis fructus rei ad fructuarium pertinet. Et aut rei ſoli, aut rei mobilis uſusfructus legatur*, l. 7. pr.

Rei ſoli, *utputa* Aedium *uſufructu legato, quicunque reditus eſt, ad uſufructuarium pertinet: quæque obventiones ſunt ex* Aedificiis, ex Areis, *& ceteris quæcunque ædium ſunt. Nec* Areæ *uſufructu legato poteſt* in Areâ Aedificium *poni*, l. 7. §. 1.

Si Areæ uſusfructus *legatus ſit mihi, poſſe me caſam ibi Aedificare cuſtodiæ causâ earum rerum, quæ in Areâ ſint*, l. 73.

Si fundi uſusfructus *ſit legatus, quicquid in fundo naſcitur, quicquid inde percipi poteſt, ipſius fructus eſt: ſic tamen, ut boni viri arbitratu fruatur*, l. 9. pr. Et, ſi Apes *in eo fundo ſint, earum quoque uſusfructus ad eum pertinet*, &c. §. 1. h. l. Et placuit, Alluvionis *quoque uſumfructum ad fructuarium pertinere. Sed ſi inſula juxta fundum in flumine nata ſit, ejus uſusfructus ad fructuarium non pertinet, licet proprietati accedat.* Nam ubi latitat incrementum, & uſusfructus augetur: ubi autem apparet ſeparatum, fructuario non accedit, §. 4. h. l. Aucupiorum *quoque & Venationum reditus ad fructuarium pertinent; ergo & piſcationum*, §. 5. h. l. Seminarii fructum *puto ad fructuarium pertinere, &c.* §. 6. h. l.

Inſtrumenti fructum *habere debet: vendendi tamen facultatem non habet. Silvam cæduam & Arundinetum poteſt fructuarius cædere, ſicut paterfamilias,* §. 7. h. l.

Si grandes arbores *eſſent, non poſſe eas cædere,* l. 11.

Arboribus evulſis, *vel vi ventorum dejectis, usq; ad uſum ſuum & Villæ poſſe uſufructuarium ferre, Labeo ait, &c.* l. 12. pr.

Arbores vi tempeſtatis, *non culpâ fructuarii everſas, ab eo ſubſtitui non placet,* l. 59. pr.

Quicquid in fundo naſcitur, *vel quicquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet,* l. 59. §. 1.

Uſufructuarius *vel ipſe frui eâ re, vel alii fruendam concedere, vel locare, vel vendere poteſt,* l. 12. §. 2.

Quod noſtrum non eſt, *transferemus ad alios,* l. 63.

Quâ ratione *retinetur à proprietario poſſeſsio, pari ratione etiam uſusfructus retinetur,* l. 12. §. 3.

Cur ad arma & *rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt jurisdictione ſuâ componere?* l. 13. §. 3.

Arbores frugiferas *non debet excidere (uſufructuarius)* l. 13. §. 4.

Plena proprietas *pietatis reſpectu matri præſtanda eſt,* l. 46. pr.

Placuit, centum annis *tuendos eſſe municipes: quia is finis vitæ longævi hominis eſt,* l. 56.

Neque in fructu hominis *homo eſſe poteſt,* l. 68.

2. De uſufructu Accreſcendo.

Quotiens uſusfructus *legatus eſt, ita inter fructuarios eſt jus adcreſcendi, ſi conjunctim ſit uſusfructus relictus. cæterum, ſi ſeparatim unicuiqve partis rei uſusfructus ſit relictus, ſine dubio jus accreſcendi ceſſat,* l. 1. pr.

Si mulieri cum *liberis ſuis uſusfructus legetur, amiſsis liberis ea uſumfructum habet. Sed et matre mortuâ, liberi ejus nihilominus uſumfructum habent jure accreſcendi,* l. 8.

3. Quando dies uſusfructus legati Cedat.

Dies uſusfructus, *item uſus, non prius* cedet, *quàm hereditas adeatur: tunc enim conſtituitur uſusfructus, cum quis jam frui poteſt,* leg. un. §. 2.

4. Quibus modis uſusfructus vel uſus amittitur.

5. De Uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur vel minuuntur.

Omnium rerum, *quas in cujusque patrimonio*

quibus in ſilva cæduâ ligna cædebat, ſicut pater familias, §. 7. *h. l. 9.* Verùm grandes illas *Arbores* in inſulâ non licebat eidem cædere, *l. 11.* Utebatur tamen *Arboribus* evulſis, & vi ventorum dejectis, *l. 12. pr.* Nec *Arbores* iſtas vi tempeſtatis everſas reſtituit, *l. 59. pr.* Quicquid in fundo illo naſcitur, & quicquid inde percipitur, ad iſtum pertinet, *l. 59.* §. 1. Qvâ de causâ quosdam uſusfructus ex iis locabat, & quosdam vendebat, *l. 12.* §. 2. *Nam, quod noſtrum non eſt, poſſumus transferre ad alios,* l. 63. Quoniam pari ratione uſufructuarius retinet uſumfructum, quâ proprietarius retinet poſſeſſionem, *l. 12.* §. 3. Ad arma & rixam eos procedere non patiebatur prætor, ſed ſuâ Jurisdictione componebat, *l. 13.* §. 3. Ita ut interdiceret uſufructuario arbores excidere frugiferas, §. 4. *h. l.* Hic demum juſſus matri ſuæ plenam proprietatem pietatis reſpectu præſtare, *l. 46. pr.* Poſtquam centum annos in uſufructu ipſe fuiſſet, *l. 56.* Tanto tamen temporis ſpacio hominem in fructu non poterat habere uſufructuarius, *l. 68.*

BEATRIX illa mater, jam verè BEATA eſt, qvoniam *Beatè* obiit. Illa moriens relinquit *Balſami uſumfructum accreſcentem* liberis ſuis (*liberi ad defunctam matrem decerpunt & colligunt Balſami fructus*) Nam uſusfructus eis conjunctim (*videlicet matri & liberis*) fuerat legatus; non ſeparatim, *l. 1. pr.* Quâ de causâ *Beatè* defunctâ mortuâ, liberi nihilominus uſumfructum retinent *Balſami*, ex quo fructus colligunt, *l. 8.*

CEDIT ſeu occidit ſol. i. e. dies, quum iſte CANDIDATUS juris (*præter pallium gladio accinctus incedit*) *Citri* fructus ſibi legatos *carperet.*

DECOCTOR DEMINUTUS capite amiſit uſumfructum & uſum DACTYLORUM (palmæ fructus eſt) *l. 12.* & *3.* Quem tamen etiam amiſiſſet morte, *l. 4. & l. 5.* Mutatione rei, *l. 5.* §. 2. Conſolidatione, *l. 17.* & rei interitu, *l. 23. & 24.*

ESCULENTA & potulenta, videlicet carnes, vinum (*in urceolo*) oleum (*l. 7.*) (*in vaſe vitreo*) piſces & olus ſunt in illorum numero, qvæ

quæ uſu conſumuntur & minuuntur, *l. 1.* Harum rerum proprietas ad legatarium pertinet, *l. 7.* Res illæ erant comparatæ pecunia, cujus uſusfructus proprie non eſt; *nec enim naturalis ratio auctoritate ſenatus commutari potuit*: unde ejus *quaſi uſusfructus* habetur, §. 1. *h. l.*

eſſe conſtat, uſusfructus legari poteſt, quo SC. inductum videtur, ut earum rerum, quæ uſu tolluntur vel minuuntur, poſſit uſusfructus legari, l. 1.

Si vini, olei, *frumenti uſusfructus legatus erit, proprietas ad legatarium transferri debet, & ab eo cautio deſideranda eſt*, l. 7.

Sed de pecunia *recte caveri oportet his, à quibus ejus pecuniæ uſusfructus legatus erit*. l. 2. pr.

Qvo SC. non id effectum *eſt, ut pecuniæ uſusfructus proprie eſſet*: nec enim naturalis ratio auctoritate ſenatus commutari potuit: *Sed remedio introducto cœpit quaſi uſusfructus haberi*, §. 1. h. l.

FRUCTUARIUS FUNDI illius legatum uſumfructum ſupplex petit cum adminiculis, aditu & itinere, qvæ obſtruxerat heres, qvi non patiebatur eum ire, *l. 1. pr. &* §. *1.* Qvæ tamen ademptio itineris inutilis judicata §. *1. h. l.* Idem heres *Fundi* illius uſumfructum deteriorem fecerat, arbores dejecerat, ædificium demolitus, ſervitutibus etiam impoſitis, quod ut judex inſpiciat, petit *Fructuarius*, ad id, qvod intereſt, *l. 2.* Plus tamen juris non poterat obtinere, quam ipſe ejus *Fundi* habuerat dominus. *l. 3.* Agit verò Fructuarius cum herede de ſuo, non de alieno (domini) jure *Actione Confeſſoria*, & dominus *Negatoria*, *l. 5. pr. &* §. 6.

6. Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

Si Fundo Fructuario *ſervitus debeatur, nec patiatur heres eum* (Fructuarium) *ire & agere, tenetur ei, quaſi non patiatur uti frui*, l. 1. pr.

Uſusfructus legatus *adminiculis eget, ſine quibus uti frui quis non poteſt, & ideo, ſi uſusfructus legetur, neceſſe eſt tamen, ut ſeqvatur eum aditus: usque adeo, ut, ſi quis uſumfructum loci leget ita*, ne heres cogatur viam præſtare, *inutiliter hoc adjectum videatur. Item ſi, uſufructu legato, iter ademptum ſit, inutilis eſt ademptio: quia ſemper ſequitur uſumfructum*, §. 1. h. l.

Si ab herede ex *teſtamento* Fundi *uſusfructus petitus ſit, qui arbores dejecuſſet, aut ædificium demolitus eſſet, aut aliqvo modo deteriorem uſumfructum fecuſſet, aut ſervitutes imponendo, aut vicinorum prædia liberando; ad judicis religionem pertinet, ut inſpiciat, qualis ante judicium acceptum* Fundus *fuerit: ut uſufructuario hoc, quod intereſt, ab eo ſervetur*, l. 2. Eſt abſurdum, plus juris *habere eos, qui poſſeſſionem duntaxat uſusfructus, non etiam dominium adepti ſint*, l. 3. De ſuo, *non de alieno jure quemque agere oportet*, l. 5. pr. & §. 6.

GYPSANS etiam reliquorum ſervorum operis, quæ fuerant legatæ, uſufructui ſimiles, fungitur, ejusque operæ in actu conſiſtunt, *l. 1.* Eædemque in uſufructu ſunt, & ob operas mercedes, *l. 3.*

7. De Operis Servorum.

Opera in actu conſiſtit, *nec ante in rerum natura eſt, quam ſi dies venit, quo præſtanda eſt*, l. 1.

In hominis uſufructu *operæ ſunt, & ob operas mercedes*, l. 3.

HABITATIO i. e. jus *Habitandi* in *Hoſpitio* iſto alieno legata eſt diverſis (*in quatuor diverſas Habitationes Hoſpitium illud eſt diſcretum, quod ex quaternis apparet foribus*) in primâ parte *Hoſpitii* qui *Habitat*, nudum habet uſum: uſus *autem minus quid eſt, quam uſusfructus, & eſt jus utendi fruendi rebus alienis ſalvâ rerum ſubſtantiâ*: *at* Habitatio *eſt jus habitandi in ædibus alienis, ſalvâ rerum ſubſtantiâ*) Habitat illic cum familiâ ſuâ & libertis, Hoſpites recipit & inquilinos, *l. 2.* Quin clientes quoque, *l. 3.* *Hoſpites* & *clientes* ingrediuntur. Secundæ Habitationis uſus mulieri viduæ eſt relictus, qvæ contractis nuptiis cum novo ſuo marito ibi *Habitat*, *l. 4.* §. *1.* In tertiâ *Habitatione* eſt ſocer cum nuru, *l. 5.* In quarta alia mulier *Habitat* non ſolum cum marito, ſed eti-

8. De Uſu & Habitatione.

Conſtituitur etiam nudus uſus, *id eſt, ſine fructu, qui & ipſe iisdem modis conſtitui ſolet, quibus & uſusfructus*, l. 1.

Cui uſus relictus eſt, *uti poteſt, frui non poteſt* l. 2. pr.

Domus uſus *ſi relictus marito, poteſt illic Habitare cum familiâ & libertis. Poteſt inqvilinum recipere, Hoſpites & libertos ſuos*, l. 2. §. 1.

Et clientes, l. 3.

Mulieri ſi uſus *relictus, poteſt illa & cum marito Habitare. Si viduæ, contractis poſt nuptiis cum marito poteſt Habitare*, l. 4. §. 1.

Imo & ſocer *cum nuru Habitabit*, l. 5.

Non ſolum cum marito; *ſed & cum liberis li*-

am

bertisque habitare & cum parentibus poterit. Eoſdem, quos maſculi, recipere & mulieres poſſunt, l. 6.

Non aliter mulier *Hoſpitem recipere poteſt, quàm ſi is ſit, qui Honeſtè cum ea, quæ uſum habeat, Habitaturus ſit*, l. 7.

Sed neque locabunt *ſeorſim, neque concedent habitationem ſine ſe, nec vendent uſum*, l. 8.

Cæterarum quoque rerum *uſu legato, dicendum eſt, uxorem cum viro in promiſcuo uſu eas res habere poſſe*, l. 9.

Neque tam ſtrictè *interpretandæ ſunt voluntates defunctorum*, l. 12. §. 2.

9. Uſufructuarius quemadmodum caveat.

Si cujus rei uſusfructus legatus ſit, *æquiſſimum prætori viſum eſt, de utroque legatarium cavere, & uſurum ſe boni viri arbitratu, & cum uſusfructus ad eum pertinere deſinet, reſtituturum, qvod inde exſtabit*, l. 1. pr.

Hæc ſtipulatio, *ſive mobilis res ſit, ſive ſoli, interponi debet*, §. 1. h. l.

Cavere debet viri boni arbitratu *perceptum iri uſumfructum*. h. e. *non deteriorem ſe cauſam uſusfructus facturum, cæteraque facturum, quæ in re ſuâ faceret*, §. 3, h. l.

am cum liberis libertisq; & cum parentibus; eos enim, quos maſculus, recipere & mulier poteſt, *l*. 6. *Hoſpitem* illa quoque receperat, ſed eum, qui *Honeſtè* cum ea *Habitabat*, *l*. 7. *omnes illi, quibus Habitatio legata, neque locare ſeorſim, neque concedere ſine ſe, neque uſum vendere poterant*, *l*. 8. Supellectilis quoque cæterarumque rerum uſus erat mulieri legatus, quem propterea cum marito habet communem, *l*. 9. *Voluntatem enim defuncti non tam ſtrictè interpretabantur*, *l*. 12. §. 2.

Impavidus Inqvilinus uſufructuarius proprietario ſtipulatione oblatâque literarum obligatione de vicino fundo legato cavet, ſe eo uſurum *boni viri* arbitratu ac demum reſtituturum, *l*. 1. pr. Et hanc ſtipulationem etiam interponit de rebus *mobilibus*, *l*. 1. §. 1. Promittitqve ſe cauſam uſusfructus non facturum deteriorem, ac cætera facturum; quæ in re ſuâ faceret, §. 3. *h. l.*

DIGEST. LIB. VIII.

Titulos determinat HAmus, cujus literæ, HA nobis notant 8: Liber hic titulos habet 6. Poſtremus eſt; *Quemadmodum ſervitutes amittantur: FRACTæ Fundi* ſervitutes amittuntur. *Hamus* iſte varias continet ſervitutes. *Materia Lib. VIII. Digeſt.*

1. De Servitutibus.

Servitutes aut perſonarum *ſunt, ut uſus, & uſusfructus: aut rerum, ut ſervitutes ruſticorum prædiorum & urbanorum*, l. 1.

Servitutes prædiorum *aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtunt*, l. 3.

Servitutes ipſo jure *neq; ex tempore, neque ad tempus, neq; ſub conditione, neq; ad certam conditionem, conſtitui poſſunt*, l. 4. pr.

Via, iter, Actus, ductus Aquæ *iisdem fere modis conſtituitur, quibus & uſusfructus*, l. 5.

Jus cloacæ mittendæ *ſervitus eſt*, l. 7.

Ut pomum decerpere *liceat, & ut ſpatiari, & ut cœnare in alieno poſſimus, ſervitus imponi non poteſt*, l. 8. pr.

Si tam Anguſti loci *demonſtratione factâ via conceſſa fuerit, ut neq; vehiculum, neq; jumentum eâ inire poſſit, iter magis, quam via aut Actus acquiſitus videbitur. Sed ſi jumentum eâ deduci poterit, non etiam vehiculum, Actus videbitur acquiſitus*, l. 13.

Alienis *ſervitutibus* prædium iſtud, quod eſt inpicturâ eſt obnoxium; quarum aliæ in *ſolo* conſiſtunt, aliæ in *ſuperficie*, *l*. 3. Quæ neq; ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem fuerunt conſtitutæ, *l*. 4. pr. Quâ de causâ per *viam, iter, Actum* ad *Aquæductum* alterius prædii iſte jumenta ſua agit, *l*. 5. Poſt prædium iſtud eſt cloaca, *l*. 7. Eidem illi, qui *Agit* jumenta, in prædio illo licet pomum decerpere, ibidem ſpaciari & cœnare, *l*. 8. *Agit* jumenta illa per *Alium Anguſtum* locum, qui magis *iter*, quam *via aut Actus* eſt; & quum jumentum eà potuit ducere, *Actum* acquiſivit, *l*. 13. Servitutes iſtæ tamen non potuerunt uſu capi, *l*. 14 pr. Et per harum ſervitutium naturam dominus prædii illa *patitur*; & alia non *facit*, *l*. 15. §. 1.

Servitutes prædiorum ruſticorum, *etiamſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & ideo uſu non capiuntur*, l. 14. pr. Servitutium ea eſt natura, *ut quis aliquid patiatur, aut non faciat*, l. 15.

BAL-

BALNEATOR BALNEARIUM fecerat ſecundum parietem communem, itemque tubulos ad parietem communem (*eſt in pictura*) quod alias non permiſſum (*ex leg.* 13. *&* 19.) *Binas* ille habet ædes (*ex l.* 10. *&* 35. *&* 36.) ſervitutibus l. 2. memoratis obnoxias, neque licet ei facere, ut proſpectui (*l.* 3.) aut luminibus vicini officiatur, *l.* 4. Idem B*alneator* aperto pariete communi immiſerat feneſtras, *l.* 40. Qui in iſtas ſervitutes non conſentit, *l.* 5. Ac præcipuè propter proſpectum & lumen B*alneatori* iſti *novum opus* nunciaturus, *l.* 15. & *l.* 16. Quoniam arbor nuper plantata officiebat, quominus aliquid cœli videri poſſet, *l.* 17. Licuiſſet equidem B*alneatori* conditionem vicini facere meliorem, non vero deteriorem, *l.* 20. §. 5. Cui tamen res ſua non ſerviebat, *l.* 26. Et ſervitutes iſtæ perpetuas habent cauſas, *l.* 28.

2. De Servitutibus prædiorum urbanorum.

Urbanorum prædiorum *jura talia ſunt: altius tollendi, & officiendi luminibus vicini, aut non extollendi.* Item ſtillicidium *avertendi in tectum vel aream vicini, aut non avertendi.* Item immittendi tigna *in parietem vicini, & deniq; projiciendi, protegendive, cæteraq; iſtis ſimilia*, l. 12.

Eſt & hæc ſervitus, *ne proſpectui officiatur*, l. 3.

Luminum ſervitute *conſtitutâ id acquiſitum videtur, ut vicinus lumina noſtra excipiat: cum autem ſervitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne jus ſit vicino, invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum*, l. 4.

Eos, qui jus luminis *immittendi non habuerunt, aperto pariete communi, nullo jure feneſtras immiſiſſe reſpondi*, l. 40.

Invitum in ſervitutibus *accipere debemus, non eum, qui contradicit, ſed eum, qui non conſentit*, l. 5.

Quodcunque igitur faciat ad *luminis impedimentum, prohiberi poteſt, ſi ſervitus debeatur.* Opusque ei novum nuntiari *poteſt, ſi modò ſic faciat, ut lumini noceat*, l. 15. Lumen i. e. *ut cælum videretur, & intereſt inter lumen & proſpectum: nam proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt, lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt*, l. 16. Si arborem ponat, *ut lumini officiat, æque dicendum erit, contra impoſitam ſervitutem eum facere: nam & arbor efficit, quo minus cæli videri poſſit*, l. 17. pr. Omnino ſciendum eſt, *meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe: niſi aliquid nominatim, ſervitute imponendâ, immutatum fuerit*, l. 20. §. 5. Nulli *res ſua ſervit*, l. 26. Omnes ſervitutes prædiorum *perpetuas cauſas habere debent*, l. 28.

CLOACÆ habendæ (*ex leg.* 2.) C*alcis* C*oquendæ*, arenæ fodiendæ (*l.* 1.) ac C*retæ* eximendæ jus, (*ex leg.* 5.) ſunt ſervitutes prædiorum ruſticorum (*Ad prædium illud ruſticum eſt* C*loaca*, atque C*umulus* C*alcis*, quæ ibi C*oquitur.*) Atque inter illa eſt *iter, actus, via, aquæductus.* Viæ iſtius *latitudo* erat octo pedum, & ſubinde etiam ſedecim, *l.* 8. Non vero licet in prædium alienum, invito domino, aucupium facere, *l.* 16.

3. De Servitutibus prædiorum ruſticorum.

Servitutes ruſticorum *prædiorum ſunt hæ:* Iter, actus, via, aquæductus. Iter *eſt jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi.* Actus *eſt jus agendi vel jumentum vel vehiculum.* Via *eſt jus eundi & agendi & ambulaudi.* Aquæductus *eſt jus aquam ducendi per fundum alienum*, l. 1. pr.

In ſervitutibus ruſticis *computanda ſunt* aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, C*alcis* C*oquendæ*, arenæ fodiendæ, §. 1. h. l. Ruſticorum prædiorum *ſervitutes ſunt, licere* altius tollere & officere prætorio vicini: *Vel* C loacam *habere licere per vicini domum, vel prætorium: vel* protectum *habere licere.* Viæ latitudo ex leg. tab. *in porrectum octo pedes habeat: in anfractum, i. e. ubi flexum habet, ſedecim*, l. 8. Non eſt conſentaneum rationi, *ut per aliena prædia, invitis dominis, aucupium faciatis*, l. 16.

DIVISA DOMUS in D*uas* à domino pro D*uabus* deinceps accepta eſt (*ex leg.* 6. §. 1.) habet illa communia prædiorum tam urbanorom, quam ruſticorum, licet ſit in villa *l.* 1. D*iviſa* iſta D*omus* licet in villa ſit ædificata, æque tamen ſuſtinet ſervitutes urbanorum prædiorum, *l.* 1. §. 1. Sed poſt illam D*iviſam* D*omum* eſt locus, in quo *monumentum*, quod, quoniam humani juris eſſe deſiit, non recipit ſervitutem, *l.* 4. Eo loco, quo

4. Communia prædiorum tam urbanorum, quam ruſticorum.

Aedificia urbana *quidem prædia appellamus; cæterum & ſi in villa ædificata ſint, æque ſervitutes urbanorum prædiorum conſtitui poſſunt*, l. 1. pr.

Ideo autem hæ ſervitutes *prædiorum appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt; nemo enim poteſt ſervitutem acquirere vel urbani vel ruſtici prædii, niſi qui habet prædium*, l. 1. §. 1.

Quod humani juris *eſſe deſiit, ſervitutem non recipit*, l. 4.

Si quis Duos fundos habeat, *alium alii poteſt ſervum facere tradendo. Duas autem ædes ſimul tradendo non poteſt efficere alteras alteris ſervas: quia neque acquirere alienis ædibus ſervitutem, neque imponere poteſt*, l. 6. pr.

Si Dominus pariete medio ædificato *unam Domum in Duas Diviſerit, ut pleriqne faciunt: nam & hic pro Duabus Domibus accipi debet*, l. 6. §. 1.

Nemo ipſe ſibi *ſervitutem debet*, *l.* 10.

Cum fundus fundo ſervit, *vendito quoque fundo ſervitutes ſequuntur, ædificia quoque fundis, & fundi ædificiis eadem conditione ſerviunt*, l. 12.

Mari, quod natura omnibus patet, *ſervitus imponi privata lege non poteſt*, l. 13. pr.

Nec ſicut viventium, ita *& defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt*, l. 8. in fine.

jam *Diviſa Domus*, olim *Duo* fuerunt fundi, quorum dominus alium alii fecerat ſervum; qui tamen *Duas* ædes ſimul tradendo non potuit alteras alteris ſervas efficere, *l.* 6. *pr.* Idem autem unam illam *Domum*, pariete medio ædificato, in *Duas Diviſit*, *l.* 6. §. *1.* Servitutes verò ſibi debebat nullas, *l.* 10. Et quas fundus habebat, eum, cum venderetur, ſunt ſeqvutæ cum hoc ædificio ſeu *Diviſa Domo*, *l.* 12. Quæ mari libero non potuerunt imponi lege privata, *l.* 13. *pr.* Interim domini hujus nonnulli actus ſunt ſuſpenſi, dum viveret; poſtquam verò defunctus, actus illi non ſunt ſuſpenſi, *l.* 8. *in fine.*

5. Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

Actiones de ſervitutibus ruſticis *ſive urbanis eorum ſunt, quorum ſunt prædia*, l. 1.

De ſervitutibus in rem actiones *competunt nobis ad exemplum earum, quæ ad uſumfructum pertinent, tam Conſeſſoria, quam Negatoria, &c.* l. 2. pr.

Servitutem nemo vindicare poteſt, *quam is, qui dominium in fundo vicino habet, cui ſervitutem dicit deberi*, §. *1.* h. l.

Competit de ſervitute actio *domino ædificii neganti ſervitutem ſe vicino debere* &c. l. 4. §. 7.

In ſuo alii facere *hactenus licet, quatenus nihil in alienum immittat*, l. 8. §. 5.

Si quis diuturno uſu & *longa quaſi poſſesſione jus aquæ ducendæ nactus ſit, non eſt ei neceſſe docere de jure, quo aqua conſtituta eſt*, &c. l. 10. pr.

Si à te emero, ut *mihi liceat ex ædibus meis in ædes tuas ſtillicidium immittere.* &c. l. 16.

Emptum erat hoc prædium, & Emptor ſervitutes in vicini prædium vindicabat; unde iis, quorum ſunt prædia, natæ actiones, (l. *1.*) tam Coneſſoria, quam Negatoria, *l. 2. pr. Emptor* prædii qvi dominium habebat *Empti* prædii ſeu fundi ſervitutem vindicabat, §. *1. h. l.* Idemque negabat, ſe ſervitutem vicino debere, *l.* 4. §. *7.* Cui in ſuo facere licet, quatenus nihil immittat in alienum, *l.* 8. §. 5. Verùm iſte aquæ ducendæ jus, de qvo erat controverſia, diuturno uſu nactus nolebat de jure ſuo docere, *l.* 10. pr. Emerat qvoqve ſtillicidium in alterius ædes, *l. 16.*

6. Quemadmodum ſervitutes amittuntur.

(*Servitutes amittuntur* 1. Confuſione, 2. non utendo, 3. Remisſione, 4. rei interitu.)

Servitutes prædiorum *confunduntur, ſi utriusque prædii dominus eſſe cœpit*, l. 1.

Toties ſervitus confunditur, *quoties uti ea is, ad quem pertineat, non poteſt*, l. 15.

Sibi unusquisque dominorum *uſu retinet ſervitutem, ſibi non utendo diſperdit*, l. 6. §. 1.

Fractæ ſunt Fundi illius ſervitutes, i. e. *amisſæ*: Et ex iis aliæ *confuſione*, dum uterque *Fundus* ad unum dominum perveniret; *l.* 1. Qui deinde *non utendo* alias etiam ſervitutes amiſit; *l.* 6. Alias *remiſit*; ac aliæ cum re ipſa demum *interierunt.*

DIGESTORUM LIB. IX.

Tituli InDAgine continentur. I & A enim 9, ſeu numerum novenarium denotant. Liber hic titulos habet 4. Poſtremus eſt *de Noxalibus Actionibus. DAvus* ſervus Noxæ *Deditur. IndAgine* illa (1.) *Quadrupes*, quæ *pauperiem* fecerat, capta, (2.) Et ex *lege Aquilia* (3.) de *Effuſo* & *Dejecto* inſtituta (4.) Noxalis actio. *Materia Lib. IX. Digeſt.*

1. Si Quadrupes Pauperiem feciſſe dicatur.

Lex voluit *aut dari id, quod nocuit*, i. e. *id ani-*

Aries pauperiem facit, dum Arietem alterum ferit & occidit (*ex l. 1. §. 11.*) quod ille tamen facit ſine injuria, ſenſu enim caret

caret, *l. 1. §. 3.* Dari igitur oportuit *Arietem* hunc, aut æſtimationem noxiæ offerre, *l. 1. pr.* Neque tantum *Arietem* hunc dari oportet, ſed quodcunque quadrupes noxiam fecerat, *§. 2. h. l.* Actum etiam *noxa caput ſequitur*, & adverſus dominum inſtituta actio, cujus eſt quadrupes, *§. 12. h. l.* Traditus autem *Aries* iſte vivus, §. 14. h. l. Qui deinde quoque *liberum corpus, quod æſtimationem non recipit*, vulneravit, *l. 3.*

mal, quod noxiam commiſit : aut æſtimationem noxiæ offerre, l. 1. pr.

Noxia eſt *ipſum delictum*, §. 1. h. l.

Quæ actio ad omnes *quadrupedes pertinet*, §. 2. h. l.

Pauperies eſt *damnum ſine injuriâ facientis datum: nec enim poteſt animal injuriâ feciſſe, quod ſenſu caret*, §. 3. h. l.

Etiam in quadrupedibus *noxa caput ſequitur. adverſus do[illegible]m hæc actio datur, non cujus fuerit quadrupes, cum noceret, ſed cujus nunc eſt*, §. 12. h. l.

Noxæ dedere eſt *animal tradere vivum*, §. 14. h. l. Liberum corpus *æſtimationem non recipit*, l. 3.

BAjulus trabem (*ex leg. 11. §. 4.*) gravem portans eâ occidit *Bubulcum*, ſervum alienum, quod obſervat & notat *Aquila*: Illumque damnat tantum æs dare domino ejus, quanti hoc anno plurimi fuit, *l. 2. pr.* *Bajulus* iſte *Baculo* adjacente occiderat *Bubulci* canem; qui tamen inter pecudes non erat, *l. 2. §. 2.* Ac propterea adverſus *Bubulcum* indignantem ſe defenderat, id qvod naturalis ratio permittit, *l. 4.* *Bubulcus* ferro ſeu gladio, quem ei eripuit Bajulus & manu gerit, ipſum petierat. Non igitur injuriâ videtur occidiſſe, *l. 5. pr.* nec contra jus, *l. 5. §. 1.* Et in tanto periculo levi caſtigatione docentium non potuit uti *Bajulus*, *l. 5. §. 3.* Sed ſævitiâ opus fuit, licet præceptoris culpæ aſſignetur, *l. 6.* Nec quod fit in colluctatione gloriæ & virtutis cauſâ, damnum datum, *l. 7. §. 4.* Bajulus leviter tantum percuſſit *Bubulcum* ægrotantem; quod ei fuit mortiferum, *l. 7. §. 5.* Luſusque noxius, *l. 10.* *Bajulus* unus & ſolus trabem ita dejecit in *Bubulcum*; quod ſi plures feciſſent, omnes tenerentur, *l. 11. §. 4.* Inter qvos nemo ſuorum membrorum eſt dominus, *l. 13.* Adverſus *Bajulum* confitentẽ judex nullas habebat partes rei judicandæ, ſed æſtimandæ, *l. 25. §. 2.*

2. Ad Legem Aquiliam.

Lege Aquiliâ cap. primo cavetur, *ut, qui ſervum ſervamve, alienum alienamve, quadrupedem vel pecudem injuriâ occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto*, l. 2. pr.

Sed canis inter *pecudes non eſt. longè magis beſtiæ in eo numero non ſunt*, §. 2. h. l.

Adverſus periculum *naturalis ratio permittit ſe defendere.* Lex XII. tab. furem *noctu deprehenſum occidere permittit: ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur. interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat: ut tamen æquè cum clamore teſtificetur*, l. 4.

Sed & ſi quemcunque alium *ferro ſe petentem quis occiderit, non videbitur injuriâ occidiſſe. & ſi metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur, quin lege Aquiliâ non teneatur. Sin autem, cum poſſet apprehendere, maluit occidere, magis eſt, ut injuriâ feciſſe videatur. ergo & Corneliâ tenebitur*, l. 5. pr.

Injuriam hic accipere *nos oportet, non, quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam quandam: ſed quod non jure factum eſt*, h. e. contra jus, i. e. *ſi culpâ quis occiderit; & ideo interdum utraq; actio concurrit, & legis Aquiliæ, & injuriarum: ſed duæ erunt æſtimationes, alia damni, alia contumeliæ*, h. l. §. 1.

Levis duntaxat caſtigatio *conceſſa eſt docenti*, §. 3. h. l.

Præceptoris nimia ſævitia *culpæ aſſignatur*, l. 6. Si quis in colluctatione, *vel in pancratio, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit*, &c. *ceſſat Aquilia, quia gloriæ cauſâ & virtutis, non injuriæ gratiâ videtur damnum datum*, l. 7. §. 4. Sed ſi quis ſervum ægrotum *leviter percuſſerit, & is obierit, rectè Labeo dicit, lege Aquilia eum teneri: quia aliud alii mortiferum eſſe ſolet*, §. 5. h. l. Luſus quoque noxius *in culpâ eſt*, l. 10. Si plures trabem dejecerint, *& hominem oppreſſerint, æquè veteribus placet, omnes lege Aquiliâ teneri*, l. 11. §. 4. Dominus membrorum *ſuorum nemo videtur*, l. 13. Notandum, quod in hac actione, *quæ adverſus confitentem datur, judex non rei judicandæ, ſed æſtimandæ datur: nam nullæ partes ſunt judicandi in confitentes*, l. 25. §. 2.

Damnum feciſſe judicatus eſt *Bajulus*, qvod occaſionem præſtitiſſet, *l. 30. §. 3.* Culpamque admiſiſſe, quod non providerit, qvæ à diligente potuerint provideri, *l. 31.* Quoniam & *leviſſima culpa* in lege Aquiliâ veniret, *l. 44.*

Qui occaſionem præſtat, *damnum feciſſe videtur*, l. 30. §. 3.

Culpa eſt, *quod, cum à diligente provideri poterit, non eſt proviſum: aut tum denunciatum, cum periculum evitari non poſſit*, l. 31.

In lege Aquiliâ *& leviſſima culpa venit*, l. 44.

Qui, cum aliter tueri ſe non poſſunt, *damni*

Sed

culpam dederint, innoxii ſunt: vim enim vi defendere omnes leges, *omniaque jura permittunt*, l. 45. §. 4.

Multa jure civili *contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt*, l. 51.

Qui tabulas teſtamenti *depoſitas, aut alicujus rei inſtrumentum ita delevit, ut legi non poſſit, depoſiti actione, & ad exhibendum tenetur: quia corruptam rem reſtituerit, aut exhibuerit, legis quoque Aquiliæ actio ex eadem cauſâ competit*: corrupiſſe enim tabulas rectè dicitur, & qui eas interleverit, l. 42.

Sed lege 45. §. 4. ſe tuebatur, quæ *vim vi defendere* permittit. Multa præterea contra rationem diſputandi ex jure civili pro ſuâ utilitate adferebat *Bajulus*, *l. 51.* Ac inter cætera, qvod *Bubulcus* tabulas teſtamenti depoſitas aliaque inſtrumenta corruperit & deleverit, (volumen tabularum corruptarum ad *Bubulcum* humi jacet.)

3. De his, qui effuderint, vel dejecerint.

Cum liberi hominis corpus *ex eo, quod dejectum effuſumve quid erit, læſum fuerit, judex computat mercedes Medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operarum quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis factus eſt.* Cicatricium *autem aut deformitatis nulla fit æſtimatio*: quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem, l. 7.

COENACULUM, ex quo *Cœnans* effundit *Coagulum*, dejicitque *Cucullum* ſeu urceolum, & *Civem*, *Corpus* liberum, lædit. Judex igitur *Computabat* mercedes Medicis præſtitas, cæteraque impendia in curatione facta; præterea operas, quibus caruit. *Cicatricium* verò aut deformitatis nulla facta æſtimatio: quia *corpus liberum nullam recipit æſtimationem*, *l. 7.*

4. De Noxalibus Actionibus.

Noxales actiones *appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxâ atque maleficio ſervorum adverſus nos inſtituuntur, quarum actionum vis & poteſtas hæc eſt, ut, ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquerit, evitare litis æſtimationem*, l. 1.

Verius eſt, *occupantis meliorem eſſe conditionem*, l. 14. pr.

Servi, quorum *noxa caput ſequitur, ibi defendendi ſunt, ubi deliquiſſe arguentur. Itaque ſervos dominus eodem loco exhibere debet, ubi vim intuliſſe dicentur. Et carere omnium dominio poteſt, ſi eos non defendat*, l. 43.

DAVUS ſervus *Deditur* noxæ, quum nocuiſſet. i. e noxam ſeu maleficium admiſiſſet noctu (*noxale judicium deſignatur judice, qui noctu judicat, nox ſideribus & lunâ indicatur, DAvus ſervus conſiſtit in axe, qui ſignificat a*ctionem.) Dominus iſtius, qui actione noxali conveniebatur, ſervum hunc ſuum dedendo litis æſtimationem evitavit, *l. 1.* Actor iſtum ſtatim occupabat, *quia occupantis melior eſt conditio*, l. 14. pr. Servus iſte, *cujus noxa caput ſequitur*, hoc loco erat exhibendus, ubi vim intulerat, *l. 43.*

DIGESTORUM LIB. X.

Titulos habet JANUA; literæ J, A, nobis denotant *numerum denarium*, ſeu 10. Libri hujus tituli ſunt 4. Poſtremus eſt *Ad Exhibendum*: DARICOS DETENTOS in capſulâ exhibet DAPIFER. JAnuâ iſtâ (1.) *Fines reguntur*, quia eſt illorum terminus: per illam ingrediuntur heredes (2.) *Familiæ erciſcundæ* gratiâ, (3.) & *communis dividundi*: Itemque ille, qui (4.) ad *Exhibendum* fuit compulſus.

1. Finium regundorum.

Hæc actio pertinet *ad prædia ruſtica, quamvis ædificia interveniant: neque enim multum intereſt, arbores quis in confinio, an ædificium ponat*, l. 2.

Finium regundorum *actio in perſonam eſt, licet pro vindicatione rei eſt*, l. 1.

Ad officium de finibus cognoſcentis *pertinet, menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, ut æquum eſt; ſi ita res exigit, oculisque ſuis ſubjectus locus*, l. 8. §. 1.

AGRORUM iſtorum fines reguntur ARBORIBUS ibi in confinio poſitis; potuiſſent etiam *Aedificio* regi, *l. 2.* Ex *Arboribus* nonnullis conficiebantur axes, quibus exagitabantur perſonæ, *l. 1.* (*actiones perſonales*) per menſores, quos ille, ad cujus officium pertinet de finibus cognoſcere, miſerat, finium quæſtio demum diremta eſt,

qui



Dig. XI. Lapis. Humatio.
Dig. XII Mactra Gaiſ.
Dig XIII Naſſa Gemæ
Dig. XIV. Olla Foenerator.
Dig. XV Papav. Dom.
Dig XVI Quadra Cista
Dig. XVII
Dig. XIX Tabul. Effig.
Dig XX Vagina
Humat. 8 d. mortuo inferend.
3. Corrupt. servo
Delitesc. d. fugiuis.
Aesalien. 1.
Blasphem.
Curat. 3.
Decim. 4.
Eques. 5.
Gaiſ. 7. d. sine caa
Empt. 5.
Furios. 6.
Circuit.
Distrib.
Foen. 6. d. SC Maced.
Ancilla 1.
SC. Vell
Cista. 3. depositi
Bon. 2.
Deb. 4
3. Combitoria lege.
Annil. 1
Baln. 2
Cadav. 3. d. aestimatoria.
Effig. 5.
Calix Corn. 3.
Dotisnom. 4
Ev. Empt. 5. d. distract. pignor.

qui eâ de cauſâ ARBORES illas ita poſuerunt, *l. 8. §. 1.*

BONA familiæ (*varia ſuppellex*) erciſcuntur ſeu dividuntur â BONO judice, qui debita & credita ſingulis pro ſolido, & alia aliis diſtribuit. quia *ſolutio & exactio partium ſæpe non minima habet incommoda*; *l. 3.* Idem non BONA, ſed mala venena, itemq; libros magicos comburit & corrumpit (*in igne eſt pixis, in qua venena, quæ comburuntur cum nonnullis libris magicis,*) *l. 4. §. 1.* Nonnulla ex his BONA ex peculatu, & alia ex ſacrilegio, aliaq; ex vi, latrocinio & adgreſſurâ erant adquiſita, quæ BONUS ille judex non dividit, *l. 4. §. 2.* Neq; propterea cum coherede, in quem inciderat, contrahebat, *l. 25. §. 16.* Quæ verò pater filio ſtudiorum cauſâ peregre agenti ſubminiſtraverat, illa in rationem portionis non computabat BONUS & æquus judex, *l. 50.*

2. Familiæ Erciſcundæ.

Planè ad officium judicis *nonnunquam pertinet, ut debita & credita ſingulis pro ſolido, aliis alia attribuat; quia ſæpe & ſolutio, & exactio partium non minima incommoda habet*, l. 3.

Mala medicamenta & venena *veniunt quidem in judicium; ſed judex omnino interponere ſe in his non debet*; Boni enim & innocentis viri officio eum fungi oportet. *Tantundem debebit facere, & in libris improbatæ lectionis, magicis fortè, vel his ſimilibus: hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt*, l. 4. §. 1.

Sed & ſi quid ex peculatu *vel ex ſacrilegio acquiſitum erit, vel vi, aut latrocinio, aut aggreſſurâ; hoc non dividetur.* l. 4. §. 2.

Cum coherede non contrahimus, *ſed incidimus in eum*, l. 25. § 16.

Quæ pater filio emancipato *ſtudiorum cauſâ peregrè agenti ſubminiſtravit, ſi non credendi animo pater miſiſſe fuerit comprobatus, ſed pietate debitâ ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur*, l. 50.

COMMUNES iſtæ merces ſunt *dividendæ*, quarum aliæ cum *ſocietate* ſunt communes, aliæ *ſine ſocietate*, *l. 2. pr.* In his *Communibus* mercibus nemo dominorum jure facere quicquam poterat invito altero: quas cùm unus dominorum conaretur vendere; prohibuit illud alter dominus, cujus veluti prohibentis potior erat cauſa, *l. 28.* Unde factum, ut merces iſtæ (*quæ ſunt in picturis*) COMMUNES hactenus non ſint diviſæ.

3. De Communi dividundo.

Nihil intereſt, cum ſocietate, *an ſine ſocietate res inter aliquos Communis ſit: nam utroque caſu locus eſt* Communi dividundo, &c. l. 2. pr.

In re Communi *nemo dominorum jure facere quicquam, invito altero, poteſt; unde manifeſtum eſt, prohibendi jus eſſe: In re enim pari potiorem cauſam eſſe prohibentis conſtat*, l. 28.

DARICI DEPOSITI (*ex leg. 4.*) in capſulâ *Exhibentur* â DAmœtâ propter vindicationem, *l. 1.* Qui *Exhibendo* in publico & coram judice, poteſtatem facit actori experiundi, *l. 2.* Nam DArici iſti fuerant apud DAmœtam depoſiti; & commodatus (*l. 4.*) ſcyphus; quem dolo malo in aliud corpus transmutârat: Verùm licet maſſam illius exhiberet, ad exhibendum tamen ſcyphum fuit obſtrictus. quod *formâ mutatâ interemerat ſubſtantiam rei*, *l. 9. §. 3.* Neque ei permiſſum, quod maſſam exhibendo ſtudebat, *jus civile calumniari*, *l. 19.*

4. Ad Exhibendum.

Hæc actio perquam neceſſaria eſt, & *vis ejus in uſu quotidiano eſt. & maximè propter vindicationes inducta eſt*, l. 1.

Exhibere eſt, *facere in publico poteſtatem, ut ei, qui agat, experiundi ſit, copia*, l. 2.

Nam & cum eo, *apud quem depoſita, vel cui commodata vel locata res ſit agi poteſt*, l. 4.

Si dolo malo in *aliud corpus res ſit translata veluti ſi ex ſcypho maſſa facta ſit. quanquam enim maſſam exhibeat, ad exhibendum tenebitur*: nam mutata forma propè interemit ſubſtantiam rei, l. 9. §. 3.

Non oportet jus civile calumniari, *neq; verba captari: ſed quâ mente quid dicitur, animadvertere convenit*, l. 19.

DIGEST. LIB. XI.

TItuli inciſi ſunt in LAPide, literæ L, A, nobis oſtendunt numerum 11. Habet liber hic titulos 8. Poſtremus eſt *de Mortuo Inferendo.* HARIOLA *Humatur*, ſive ſepelitur. *LApidea* & dura heic

cuſi-

cuncta ſunt (1) Duras interrogationes in *Actione interrogatoriâ* faciebat (2) ad *Judicem* (3) *ſervus corruptus* (4) de *Fugitivo* (5) & *Aleatore*, (6) *Menſore*, qui falſum dixerat modum (7) *religioſis* iſtis, qui portant (8) *mortuum inferendum*, cui ſepulchrum ad iſtum *Lapidem* ædificare conſtituerant.

Materiæ LIB. XI. Digeſt.

1. De Interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis Actionibus.

Et quia hoc defunctorum intereſt, *ut habeant ſucceſſores: intereſt & viventium, ne præcipitentur, quamdiu juſtè deliberant*, l. 6. pr.

Omnino non reſpondiſſe *videtur, qui ad interrogatum non reſpondit*, l. 11. §. 5.

Ea, quæ poſtea emergunt, *auxilio indigent*, l. 11. §. 8.

Falſæ confeſſiones *naturalibus convenire debent*, l. 13. pr.

Axis cum ſignis interrogationis deſignat *Actiones interrogatorias*: quæ fiebant coram regis præcipitati ſucceſſore in ſolio ſedente, *l. 6. pr.* (*rex jacet humi: ſucceſſor cum diademate & ſceptro aſſidet*) Defunctus ille ad interrogatum non reſpondet; omnino igitur *non reſpondiſſe videtur*, l. 11. §. 5. (ō ſignificat *non*, & R. *reſpondere*) de actione emergente (*occultata in palude axis, ut emergat, auxilio regis iſtius indiget*, l. 11. §. 8.) Illam occultârat *vulpecula*, quæ confitens falſas de eâ re confeſſiones edit, *l. 13. pr.*

2. De quibus rebus ad eundem judicem eatur.

Si inter plures *familiæ erciſcundæ agitur, & inter eosdem communi dividundo, aut finium regundorum, eundem judicem ſumendum*, l. 1.

Buccones iſti ad judicem Bucconem eunt de familiâ erciſcundâ, de communi inter eos dividundo & finium regundorum, ut eo citiùs & minore ſumptu lites finiantur, *l. 1.*

3. De ſervo Corrupto.

Ait prætor, qui ſervum, *ſervam, alienum, alienam recepiſſe, perſvaſiſſeve quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eam deteriorem faceret, in eum, quanti ea res erit, in duplum judicium dabo*, l. 1. pr.

Non oportet *laudando augeri malitiam*, l. 1. §. 4.

Is quoque deteriorem facit, *qui ſervo perſvadet, ut injuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel alienum ſervum ut ſollicitaret, vel ut peculium intricaret, aut amator exiſteret, vel erro, vel malis artibus eſſet deditus, vel in ſpectaculis nimius, vel ſeditioſus, vel ſi actori ſuaſit verbis ſive pretio, ut rationes dominicas intercideret, adulteraret, vel etiam, ut rationem ſibi commiſſam turbaret*, l. 1. §. 5.

Claudicans ſervus iſte Corruptus eſt, & dolo malo deterior ita factus, (*l. 1. pr.*) Corpore ut Claudicet, etiam manu truncatus. Ejus malitia laudando admodum fuit aucta, *l. 1. §. 4.* Adeoque deterior factus, ut multa committeret ſcelera, & rationes dominicas intercideret, (*Libro, quem habet, continentur rationes dominicæ, quas diſcerpit*) & turbaret, *l. 1. §. 5.* Et hoc faciebat ſervus, quia dominum ſuum contemnebat. nam animus quoque ejus erat corruptus, *l. 15.*

Corrumpitur animus ſervi, *& ſi perſuadeatur ei, ut dominum contemneret*, l. 15.

4. De Fugitivis.

Is, qui fugitivum *celavit, fur eſt*, l. 1. pr.

Senatus cenſuit, *ne fugitivi admittantur in ſaltus: neque protegantur à villicis vel procuratoribus poſſeſſorum: & multam ſtatuit. his autem, qui intra viginti dies fugitivos vel dominis reddidiſſent, vel apud magiſtratus exhibuiſſent, veniam in anteactum dedit*, l. 1. §. 1.

Si in arenam *fugitivus ſervus ſe dederit, ne iſto quidem periculo diſcriminis vitæ, quod ſibi irrogavit, poteſtatem domini evitare poterit*, l. 5.

Delitescit *Fugitivus* ſub Duro lapide â Duro Domino fugiens, â villico, qui eum celârat, ne fur eſſet, (*l. 1. pr.*) intra 20. dies Duro ſuo Domino redditus (*l. 1. §. 1.*) Denuo aufugit, ſeque dedit in arenam; ſed ne iſto quidem periculo poteſtatem domini potuit evitare, *l. 5.*

5. De Aleatoribus.

Prætor ait, ſi quis eum, *apud quem aleâ luſum eſſe dicetur, verberaverit, damnumve ei dederit, ſive quid eo tempore dolo ejus ſubtractum eſt, judicium non dabo. In eum, qui aleæ ludendæ cauſâ vim intulerit, uti quæque res erit, animadvertam*, l. 1. pr.

Senatus conſultū vetuit *in pecuniam ludere*, l. 2.

Exuvias ſeu Exutas veſtes licet detraxerint ſuo ſuſceptori aleatores, aleamque ei eripuerint, illumque verberaverint, (*veſtimenta, alea, & fuſtes, quibus ſuſceptor verberatus, ſunt in picturis*) prætor tamen judicium non dat, *l. 1. pr.* Quoniam SC tum vetuit in pecuniam ludere, *l. 2.*

Fal-

FALSUM modum dicit & renunciat menſor iſte agrorum, FALSÒ metiens agrum, *l.1.pr.* Quod tanquam lata culpa dolo comparatum, *l.1.§.1.* (*Dolo, pugionis genus, comparatur modo.*)

6. Si menſor Falſum modum dixerit.

Adverſus menſorem *agrorum prætor in factum actionem propoſuit, à quo falli nos non oportet; nam noſtrâ intereſt, ne fallamur in modi renunciatione,* l. 1. pr. Lata culpa *dolo comparabitur,* l. 1. §. 1.

GERUNT religioſi ſeu monachi ſui GENERALIS funus, quod magnis ſumptibus ducitur ad ſepulchrum, ubi corpus & oſſa hominis jam erant condita, *l.2.§.5.* Eiq; monumentum memoriæ causâ ex lapide illo fieri curabant, *l.2.§.6. et l.42.* Et, quod filium occidiſſet, qui ad delendam patriam venerat, hoc præmio eſt affectus, *l.35.* Quæ ratio pro religione faciebat, *l.43.* Verùm, licet oſſa illius in diverſis locis ſepelirentur; una tamen ſepultura plura ſepulchra non potuit efficere, *l. 44.* Omnis autem impenſa funeris ex hereditate fuit deducta, *l. 45.*

7. De Religioſis, & Sumptibus funerum, & ut funus ducere liceat.

Sepulchrum eſt, *ubi corpus oſſave hominis condita ſunt,* l. 2. §. 5.

Monumentum eſt, *quod memoriæ ſervandæ gratiâ exiſtat,* l. 2. §. 6. et l. 42.

Minimè majores *lugendum putaverunt eum, qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendos venerit; quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſine ſcelere, etiam præmio adficiendum omnes conſtituerunt,* l. 35.

Summa eſt ratio, *quæ pro religione facit,* l. 43. in fine.

Una Sepultura *plura ſepulchra efficere non poteſt,* l. 44.

Impenſa funeris *ſemper ex hereditate deducitur; quæ etiam omne creditum ſolet præcedere, cum bona ſolvendo non ſint,* l. 45.

HARIOLA mortua non erat inferenda, aut HUMANDA, licet ſepulchrum jam eſſet ædificatum, antequam ei partus eſſet exciſus; etenim prægnans fuerat mortua, *l. 2.* (*gravida mulier in feretro jacens fuit* HARIOLA, *quæ poſita ad ſepulchrum factum*)

8. De Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando.

Negat lex Regia, *mulierem, quæ prægnans mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur. qui contra fecerit, ſpem animantis cum gravidâ peremiſſe videtur,* l. 2.

DIGEST. LIB. XII.

TItuli effictî ſunt ad MACTRAM, literæ M, A, deſignant nobis numerum 12. Titulos habet hic liber 7. GAUSAPE. poſtremus eſt de Condictione ſine causâ. (1) AES creditum eſt ad MACTRAM illam, (2.) propter quod jusjurandum datur, (3) & in litem juratur in variis (4. 5. 6. 7.) condictionibus. *Materiæ lib. XII. DIGEST.*

AES mutuum (*pecunia*) & AEREUM vas, quod pignoris loco datum, ſunt res creditæ, quæ tanquam certæ petuntur (*Aes mutuum eſt pecunia.*) Petitur mutuum (*pecunia*) ex credendi appellatione generali, *l.1.* Is verò, qui mutuam hanc dederat pecuniam, non poterat recipere eandem ſpeciem, quam dederat, *l. 2. pr.* A quo (*mutuo*) differt creditum, ut genus à ſpecie. Pecuniæ hujus ſeu AERIS eſt certum pondus, certusq; numerus (*certa menſura eſt ad poſitum Aereum vas*) extra quas res etiam conſiſtit creditum, *l. 2. §.3.* Pecunia illa (*ſeu AES*) non eſt deterioris notæ, quàm ea, quam debitor accepe-

1. De Rebus Creditis, ſi certum petetur, & de condictione.

Credendi *generalis adpellatio eſt. ideo ſub hoc titulo prætor & de commodato & de pignore edixit,* l. 1.

Mutuum damus, *recepturi non eandem ſpeciem, quam dedimus, alioquin commodatum erit, aut depoſitum,* l. 2. pr.

Creditum à mutuo *differt, quà genus à ſpecie. nam creditum conſiſtit extra eas res, quæ pondere, numero, menſurâ continentur,* l. 2. § 3.

Cum quid mutuum *dederimus, etſi non cavimus, ut æquè bonum nobis redderetur, non licet*

debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere ſit, reddere: Veluti vinum novum pro vetere. nam in contrahendo, quod agitur, pro cauto habendum eſt, l. 3.

Certi condictio *competit ex omni cauſâ, ex omni obligatione, ex quâ certum petitur: ſive ex certo contractu petatur, ſive ex incerto*, l. 9. pr.

Singularia *quædam recepta ſunt circa pecuniam creditam. nam ſi tibi debitorem meum juſſero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis meos nummos non acceperis*, l. 15.

Ad prætoris officium *pertinet lites diminuere*, l. 21.

Vinum, quod *mutuum datum erat, per judicem petitum eſt*, l. 22.

Lecta eſt *in auditorio Æmilii Papiniani præfecti prætorio, Juriſconſulti, cautio hujuſmodi, &c.* l. 40. pr.

Creditor, *qui ob reſtitutionem ædificiorum crediderit, in pecuniam, quam crediderit, privilegium exigendi habebit*, l. 25.

rat mutuam; non enim ei licebat deteriorem rem reddere. Neque vinum eſt deterius, quod eſt in vaſe, *l. 3.* (*Pro cauto legitur in vaſe*) hinc nata Condictio ex omni etiam aliâ cauſâ, etiam ex incerto, *l. 9. pr.* Pecuniam illam (*ſeu Aes*) creditor acceperat à ſui debitoris debitore, *l. 15.* Prætor litem diminuerat, *l. 21.* Per quem vinum mutuum fuerat petitum; quod doctoribus turbavit cerebrum, *l. 22.* (*Freig. in paratit.*) Propter lecta non intellecta, *l. 40.* (*Freig. in parat.*) Creditor habuit privilegium exigendi, qui ob reſtitutionem ædificii crediderat, *l. 25.* (*Pecunia illâ, quæ eſt in crumenâ, mutuo data eſt Auguſtæ Vindelicorum*) Ea civitas igitur obligatur; quoniam ad utilitatem ipſius converſa eſt pecunia, *l. 27.*

Civitas *mutui datione obligari poteſt, ſi ad utilitatem ejus pecuniæ verſæ ſunt; alioquin ipſi ſoli, qui contraxerunt, non Civitas, tenebuntur*, l. 27.

2. De jurejurando, ſive Voluntario, ſive Neceſſario, ſive Judiciali.

Maximum remedium *expediendarum litium in uſum venit, jurisjurandi religio*, l. 1.

Jusjurandum *ſpeciem transactionis continet: majoremque habet auctoritatem, quàm res judicata*, l. 2.

Ait prætor, ſi is, *cum quo agetur, conditione delatâ, juraverit. Eum, cum quo agetur, accipere debemus ipſum reum*, &c. l. 3. pr.

Jusjurandum *alteri neq; prodeſt, neq; nocet*, l. 3. §. 3.

Ait prætor, ejus rei, *de quâ jusjurandum delatum fuerit, neq; in ipſum, neq; in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo*, l. 7.

Nam, poſteaquam *juratum eſt, denegatur actio, aut, ſi controverſia erit, i. e. ſi ambigitur, an jusjurandum datum ſit, exceptioni locus eſt*, l. 9. pr.

Sed ſi poſſeſſori *fuerit jusjurandum delatum, juraverit q; rem petitoris non eſſe; quamdiu quidem poſſidet, adverſus eum, qui detulit jusjurandum, ſi petat, exceptione jurisjurandi utetur; ſi vero amiſerit poſſeſſionem, actionem non habebit: nequidem, ſi is poſſideat, qui ei jusjurandum detulit. non enim rem ſuā eſſe juravit, ſed ejus non eſſe*, l. 11. pr.

Admonendi ſumus, *interdum etiam poſt jusjurandum exactum permittit conſtitutionibus Principum ex integro cauſam agere, ſi quis nova inſtrumenta ſe inveniſſe dicat, quibus nunc ſolis uſurus ſit*, l. 31.

BLASPHEMUS *jusjurandum* jurat primò *Voluntarium* & extra judicium; deinde etiam *Neceſſarium*, à judice delatum ob inopiam probationis & in cauſâ dubiâ; ac demum etiam *Judiciale* à parte in judicio delatum. Tertiò igitur jurat, & BLASPHEME jurat (*dextrâ ſublatâ digitos intendit in Trigonum ſeu Triangulum radiantem, quo S. S. Trinitas innuitur.*) Adhibitum autem erat jusjurandum tanquam remedium ad litem finiendam, *l. 1.* Quoniam continet transactionis ſpeciem; habetque majorem auctoritatem, quam res judicata, *l. 2.* Conditione jurandi delatâ cum juraſſet BLASPHEMUS is, cum quo agebatur, acceptus eſt reus, *l. 3. pr.* Ipſius jusjurandum tamen alteri neque proderat, neque nocebat, *l. 3. §. 3.* (*alteri non prod. legitur*) Quum jusjurandum BLASPHEMO iſti fuiſſet delatum, Prætor in ipſum ejus rei non dedit actionem, *l. 7.* Et, poſtquam juratum, denegavit actionem, *l. 9. pr.* BLASPHEMUS poſſeſſor juraverat rem non eſſe petitoris, *l. 11. pr.* Sed poſt jusjurandum exactum ex integro cauſa iſta agitata, quod conſtitutionibus Principis permiſſum, *l. 31.* Habuerat BLASPHEMUS facultatem referendi jusjurandum, *l. 34. §. 7.* Verùm manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſſe exiſtimavit, nolle jurare, nec jusjurandum referre, *l. 38.*

Datur autem *et alia facultas reo, ut, ſi malit, referat jusjurandum*, l. 34. §. 7.

Manifeſtæ turpitudinis *& confeſſionis eſt, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre*, l. 38.

Cura-

CURATOR COGI non potuit, ut juraret in litem (*conſiſtit coram judice, ex clavibus cognoſcitur* CURATOR, *quibus notamus curatores*) jurat tamen ex affectione erga pupillum adoleſcentem; qui ipſe potuiſſet jurare, *l. 4. §. 1 Jurat autem, quia creſcere* condemnatio poteſt ex contumaciâ, *l. 1.* Judex ei præfinierat certam ſummam, usque ad quam juraret, *l. 5. pr. & §. 1.*

3. De in Litem jurando.

Curatores quoque *pupilli vel adoleſcentis non eſſe* Cogendos *in litem jurare, reſcriptis Imperatoris noſtri & Divi patris ejus continetur. Si tamen tantam affectionem pupillo ſuo vel adoleſcenti tutores vel Curatores præſtare volunt, auctoritas juris non refragabitur: adoleſcens, ſi velit, jurare poteſt*, l. 4. pr.

Rem in judicio *deductam non idcirco pluris eſſe opinamur, quia creſcere condemnatio poteſt ex contumaciâ non reſtituentis: non enim res pluris fit per hoc, ſed ex contumaciâ æſtimatur, ultra rei pretium*, l. 1.

In actionibus *in rem, & in ad exhibendum, & in bonæ fidei judiciis in litem juratur. Sed judex poteſt præfinire certam ſummam, usq; ad quam juretur*. l. 5. pr, & §. 1.

DECIMAE (*merges deſignat Decimas*) DATÆ (*ſi Dedero Decem* ex l. 1. §. 1.) DANISTÆ cuidam, ut à lite diſcederet, quæ cauſa quum fuiſſet ſecuta, Condictio ſeu repetitio ceſſabat, *l. 1. pr.* (*condictionem denotant Condita in pixide illâ*) DATA quoque eidem antea fuerat pecunia, (*recondidit pecuniam in crumenam*) ne ad judicem iret; ac repromiſerat non iri, *l. 3. pr.* Ab alio deinde acceperat pecuniam (*eſt in eadem crumenâ*) ut Capuam iret, ſed quum valetudo eſſet impedimento, DATOR iſte pecuniam illam DATAM volebat condicere, *l. 5. pr.* Omnem hanc pecuniam deinde mulieri cuidam in DOTEM DEDIT, ſed quod nuptiæ non ſequerentur, DOTEM illam repetit, *l. 6. pr.*

4. De Condictione causâ Datâ causâ non ſecutâ.

Si ob rem *non inhoneſtam data ſit pecunia, ut filius emanciparetur, vel ſervus manumitteretur, vel à lite diſcedatur, causâ ſecutâ repetitio ceſſat*, l. 1. pr.

Si parendi *conditioni causâ tibi* Dedero Decem, *mox repudiavero hereditatem vel legatum, poſſum condicere*, l. 1. §. 1.

Dedi tibi pecuniam, *ne ad judicem iretur: quaſi decidi. an poſſim condicere, ſi mihi non caveatur, ad judicem non iri? Et eſt verum, multum intereſſe, utrum ob hoc ſolum dedi, ne eatur, an ut & mihi repromittatur non iri. Si ob hoc, ut & repromittatur, condici poterit, ſi non repromittatur: ſi, ut ne eatur, condictio ceſſat, quamdiu non itur*, l. 3 pr.

Si pecuniam *ideo acceperis, ut Capuam eas, deinde parato tibi ad proficiſcendum conditio temporis vel valetudinis impedimento fuerit, quo minus proficiſcereris, an condici poſſit, videndū*, &c. l. 5. pr.

Si extraneus *pro muliere dotem dediſſet, & pactus eſſet, ut, quoquo modo finitum eſſet matrimonium, dos ei redderetur, nec fuerint nuptiæ ſecutæ*, &c. l. 6. pr.

EQUES iſte EQUUM hunc ſuum meretrici iſti dabat ob turpem cauſam, ut eum deinde condictione repeteret, *l. 1. pr. &* §. 1. Dabat videlicet EQUUM iſtum ob ſtuprum, *l. 4. pr.* Et quoniam turpis cauſa erat accipientis, putabat, ſe jure poſſe repetere EQUUM, *l. 1. §. 2.* Verùm quum non ſolùm accipientis; ſed etiam dantis heic verſata turpido, non potuit EQUUM iſtum repetere, *l. 3.*

5. De Condictione ob turpem vel injuſtam cauſam.

Omne quod datur, *aut ob rem datur, aut ob cauſam: & ob rem, aut turpem, aut honeſtam. turpem autem, aut ut dantis ſit turpitudo, non accipientis: aut ut accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut utriusq;*, l. 1. pr.

Idem, ſi ob ſtuprum *datum ſit, vel ſi quis in adulterio deprehenſus redemit ſe, ceſſat repetitio*, l. 4. pr.

Ob rem igitur honeſtam *datū ita repeti poteſt, ſi res, propter quam datum eſt, ſecuta non eſt*, l. 1 §. 1.

Quod ſi turpis cauſa *accipientis fuerit, etiamſi res ſecuta ſit, repeti poteſt*, §. 2. h. l.

Ubi & dantis & *accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus, veluti ſi pecunia detur, ut malè judicetur*, l. 3.

FALSUM i. e. indebitum ſolutum à FRATRE condicit FRATER (*condictio innuitur pixide, in quâ condita*) qui indebitum ignorans ſolverat, *l. 1.* Ex FALCIDIA indebitum ſolutum emerſerat (*L apud falcem denotat legem Falcidiam*) *l. 2. pr.* Atque etiam ex FALSO teſtamento fuerat ſolutum, *l. 2. §. 1.* (*Falſum te-*

6. De Condictione Indebiti.

Si quis indebitum *ignorans ſolvit, per hanc actionem condicere poteſt. Sed, ſi ſciens, ſe non debere, ſolvit, ceſſat repetitio*, l. 1.

Si quis ſic ſolverit, *ut, ſi apparuiſſet, eſſe indebitum, vel* Falcidia *emerſerit, reddatur, repetitio locum habebit, negotium enim contractum eſt inter eos*, l. 2. pr.

ſtamen-

Si quid ex teſtamento *ſolutum ſit, quod poſtea Falſum, vel inofficioſum, vel irritum, vel ruptum apparuerit, repetetur*, l. 2. §. 1.

Nam hoc naturâ *æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem*, l. 14.

Indebiti ſoluti *condictio naturalis eſt. et ideo etiam, quod rei ſolutæ acceſſit, venit in condictionem*, l. 15.

Nemo invitus *compellitur ad communionem*, l. 26. §. 4.

Si in areâ tuâ ædificaſſem, *& tu ædes poſſideres, condictio locum non habebit: quia nullum negotium inter nos contraheretur*, l. 33.

Frater â Fratre, *cum in ejuſdem poteſtate eſſent, pecuniam mutuatus, poſt mortem patris ei ſolvit: quæſitum eſt, an repetere poſſit? reſpondit utique, &c.* l. 38.

Qui exceptionem perpetuam *habet, ſolutum per errorem repetere poteſt: ſed hoc non eſt perpetuum*, l. 40. pr.

Quod pupillus *ſine tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit, ſolverit, repetitio eſt: quia nec naturâ debet*, l. 41.

Ex quibus cauſis *retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea ſi ſolverimus, repetere non poſſumus*, l. 51.

Ex his omnibus cauſis, *quæ jure non valuerunt, vel non habuerunt effectum, ſecutâ per errorem ſolutione, condictioni locus erit*, l. 54.

Julianus verum debitorem *poſt litem conteſtatam, manente adhuc judicio, negabat ſolventem repetere poſſe: quia nec abſolutus, nec condemnatus repetere poſſet*, l. 60. pr.

7. De Condictione ſine causâ.

Eſt & hæc ſpecies *condictionis, ſiquis ſine causâ promiſerit, vel ſi ſolverit quis indebitum*, &c. l. 1.

Si fullo veſtimenta *lavanda conduxerit, deinde, amiſſis eis, domino pretium, ex locato conventus, præſtiterit, poſteaque dominus invenerit veſtimenta, quâ actione debeat conſequi pretium, quod dedit? Et ait Caſſius, eum non ſolùm ex conducto agere, verùm condicere domino poſſe: quia ſine causâ datum putamus condici poſſe. etenim veſtimentis inventis, quaſi ſine causâ datum videtur*, l. 2.

ſtamentum eſt in chartâ, in quâ L. *&* Falx.) FRATER indebitum ſolutum repetit â *Fratre ſuo*, qui cum alterius (*Fratris ſui*) detrimento volebat fieri locupletior; quod naturâ non eſt æquum, *l. 14*. Nec tantum FRATER hic â FRATRE condicit indebitum ſolutum; ſed etiam, quod rei ſolutæ acceſſerat, repetit, *l. 15*. Qui invitus ad communionem non poterat compelli, *l. 26.* §. *4.* (*Nemo invitus* leguntur) Alter FRATRUM in alterius FRATRIS areâ ædificârat; quod non poterat condicere, *l. 33*. Sed tamen idem FRATER pecuniam, quam â FRATRE, cum in poteſtate patris eſſent, mutuatus, ſeu mutuo acceperat, & poſt mortem patris FRATRI ſolverat, ab eodẽ repetit, *l. 3*. § *. 8* Exceptionem enim habebat perpetuam, adeoque per errorem ſolutum poterat repetere, *l. 40. pr*. Eodem modo, quo repeti poteſt, quod pupillus ſine tutoris auctoritate ſolvit, *l. 41*. Ex certis cauſis FRATER iſte habuerat retentionem aliquorum, quæ, quum ſolviſſet, repetere non potuit. *l. 51.* (*ex cauſis retent*, leguntur) Et ex cauſis his, & omnibus illis, quæ jure non valuerunt, nec habuerunt effectum, ſecutâ ſolutione per errorem condictioni locus eſt, *l. 54*. Quæ verò FRATER debitor poſt litem conteſtatam ſolverat, manente judicio, non poterat repetere, *l. 60. pr*.

GAUSAPE hoc eſt, quo veſtimenta fuerant involuta, quæ fullo GNAVUS conduxerat lavanda, iis vero amiſſis domino ex locato conventus pretium præſtiterat. Demum tamen repertum eſt hoc GAUSAPE cum veſtimentis. GNAVUS igitur erat fullo, datumque pretium repetebat non ſolùm ex conducto; verùm etiam ex condictione ſine causâ, *l. 2.* (*Condictionem ſignificat pixis cum conditis, quæ eſt ſine caudâ*: Causâ).

DIGESTORUM LIB. XIII.

Materiæ LIB. XIII. DIGEST.

TItuli ſunt in NAssa. Etenim literæ N, A, nobis deſignant 13 Continet hic liber titulos 7. Poſtremus eſt de Pignoratitiâ Actione, GRANDES GEMMÆ pignori datæ, propter quas Pignoratitia Actio inſtituta, ſunt in NAssa. (1) Res furtivæ condicebantur (2) ex lege, (3) itemque triticum, (4) quod certo loco dari fuerat promiſſum, (5) pro conſtitutâ pecuniâ, & (6) propter commodato (7) pignora accepta:

AR-

ARGENTEA iſta vaſa in menſâ poſita ex ARGENTO ſurrepto facta ſurripit ADOLESCENS, itemq; condita in pixide furto ſummovet, qui olim infans ipſe fuerat ſurreptus, (*l. 13.*) adeoque ex causâ furtivâ, licet fuiſſet infans & furioſus, nihilominus fuit obligatus, *l. 2.* Ita ADOLESCENS hic, qui filiusfamilias furtum committit, *l. 4.* Ac licet damnum pro furto deinde eſſet deciſum, Condictio tamen non fuit impedita, *l. 7. pr.* Quæ petit rem ipſam, quanquam furti actione ADOLESCENS hic ad pœnam peteretur, *l. 7. §. 1.* Et condictione ADOLESCENTIS heres quoque fuit obligatus, *l. 7. §. 2.* Etiam Condictione ipſorum corporum, *l. 8. pr.* Et fructuum, *l. 8. §. 2.*

BRACHIUM habet figuram literæ L. quæ legem ſignificat: adeſt pixis, in quâ condita denotant *Condictionem.* Digitum intendit in novam legem, ex quâ agendum, *l. un.*

CUMULUS tritici, ubi pixis cum Conditis deſignat condictionem; Pecunia in picturâ non apparet: quoniam hac actione non petitur; ſed res aliæ: Triticum conſtat menſurâ (*modius ad illud poſitus, bilanx ſeu libra denotat res, quæ pondere conſtant*) Res iſtæ ſunt mobiles, poſitæ in ſolo, *l. 1.* Tanti frumentum hoc æſtimatur, quanti fuit eo die, quo dari debuit. *l. 4.*

DESERTA Capua, eſt certus ille locus, quo DITMARSUS *iſte centum dari ſtipulatus*, DIVITEM fidejuſſorem accipit alium DITMARSUM, a quo pecuniam iſtam eo in loco, videlicet, in Desertâ Capuâ, petit, *l. 8.* Nam certò illo loco promiſerat DARE. Nullo igitur alio loco poterat DARE, *l. 9.* (*pecuniam in crumenâ ſuâ habet alter illorum, quam dat.*)

1. De Condictione Furtivâ.

In furtivâ re *ſoli domino Condictio competit*, l. 1.

Ex Argento ſurrepto *pocula facta condici poſſe Fulcinius ait. ergo in condictione poculorum etiam cælaturæ æſtimatio fiet, quæ impenſâ furis facta eſt. quemadmodum, ſi infans ſurreptus* Adolevit, *æſtimatio fit.* Adoleſcentis; *quamvis curâ & ſumptibus furis creverit*, l. 13.

Condictione ex causâ *furtivâ & furioſi & infantes obligantur, cum heredes neceſſarii exſtiterunt: quamvis cum eis agi non poſſit*, l. 2.

Si ſervus vel *filiusfamilias furtum commiſerit, condicendum eſt à domino id, quod ad eum pervenit*, l. 4.

Si pro fure (furto) damnum *deciſum ſit, condictionem non impediri veriſſimum (certiſſimum) eſt, deciſione enim furti quidem actio, non autem condictio tollitur*, l. 7. pr.

Furti actio pœnam *petit legitimam; Condictio, rem ipſam. ea res facit, ut neq; furti actio per condictionem, neq; condictio per furti actionem conſumatur. Is itaq;, cui furtum factum eſt, habet actionem furti, & condictionem, & vindicationem: habet & ad exhibendum actionem*, l. 7. §. 1.

Condictio rei furtivæ, *quia rei habet perſecutionem, heredem quoq; furis obligat*, l. 7. §. 2.

In re furtivâ *condictio ipſorum corporum competit*, &c. l. 8. pr.

Noviſſimè, dicendum eſt, *etiam fructus in hac actione venire*, l. 8. §. 2.

2. De Condictione ex lege.

Si obligatio *lege novâ introducta ſit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur; ex lege agendum eſt*, l. un.

3. De Condictione Triticariâ.

Qui certam *pecuniam numeratam petit, illâ actione utitur, ſi certum petitur. qui autem alias res, per triticariam condictionem petet. & generaliter dicendum eſt, eas res per hanc actionem peti, ſi quæ ſint præter pecuniam numeratam, ſive in pondere, ſive in menſurâ conſtent: ſive mobiles ſint, ſive ſoli*, l. 1. pr.

Si merx (res) aliqua, *quæ certo die dari debeat, petita ſit, veluti vinum, oleum, frumentum; tanti litem exiſtimandam Caſſius ait, quanti fuiſſet eo die, quo dari debuit*, l. 4.

4. De eo, quod certo loco Dari oportet.

Centum Capuæ *dari ſtipulatus fidejuſſorem accepiſti. ea pecunia ab eo ſimiliter, ut ab ipſo promiſſore, peti debebit. id eſt, ut, ſi alibi, quam Capuæ, petantur, arbitrariâ agi debeat: litq; tanti æſtimetur, quanti ejus vel actoris interfuerit, eam ſummam Capuæ potiùs, quàm alibi ſolvi. nec oportebit, quod fortè per eum ſteterit, quo minus tota centum Capuæ ſolverentur, obligationem fidejuſſoris augeri*, &c. l. 8.

Is, qui certo loco dare *promittit, nullo alio loco, quam in quo promiſit, ſolvere invito ſtipulatore poteſt*, l. 9.

EM-

5. De Pecuniâ Conſtitutâ.

Hoc edicto prætor *favet naturali æquitati: qui conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit: quoniam grave eſt fidem fallere*, l. 1. pr.

Eum, qui Epheſi *promiſit ſe ſoluturum, ſi conſtituat alio loco ſe ſoluturum, teneri conſtat*, l. 5. pr.

6. Commodati & contra.

Propriè commodata *res eſt* (*præter rem mobilem*) *& quæ ſoli eſt*, l. 1. §. 1.

Impuberes *commodati actione non tenentur*, l. 1. §. 2.

Nec in Furioſum *commodati actio danda eſt*, l. 2.

Si reddita *quidem ſit res commodata, ſed deterior reddita, non videbitur reddita, quæ deterior facta redditur, niſi, quid intereſt, præſtetur: propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur*, l. 3. §. 1.

Si, ut certo loco *vel tempore reddatur commodatum, convenit, officio judicis ineſt, ut rationem loci vel temporis habeat*, l. 5. pr.

Duorum in ſolidum *dominium vel poſſeſſio eſſe non poteſt*, l. 5. §. ult.

Nunc videndum eſt, *quid veniat in commodati actione: utrum dolus, an & culpa, an verò & omne periculum*, &c. l. 5. §. 2.

Voluntatis eſt *ſuſcipere mandatum; neceſſitatis, conſummare*, l. 17. §. 3.

Adjuvari nos, *non decipi beneficio oportet*. d. l.

Quâ curâ aut diligentiâ *conſequi poſſumus, ne aliquis damnum nobis injuriâ det?* l. 19.

7. De Pignoraticiâ Actione vel Contra.

Si convenit de *diſtrahendo pignore, ſive ab initio, ſive poſtea, non tantum venditio valet, verùm incipit emptor dominium rei habere. ſed etſi non convenerit de diſtrahendo pignore, hoc tamen jure utimur, ut liceat diſtrahere: ſi modo non convenit, ne liceat. ubi verò convenit, ne diſtraheretur, creditor, ſi diſtraxerit, furti obligatur: niſi ei ter fuerit denunciatum, ut ſolvat, & ceſſaverit*, l. 4.

Si, cum venderet *creditor pignus, convenerit inter ipſum & emptorem, ut, ſi ſolverit debitor pecuniam pretii emptori, liceret ei recipere rem ſuam, ſcripſit Julianus, & eſt reſcriptum, ob hanc conventionem pignoraticiis actionibus teneri creditorem, ut debitori mandet ex vendito actionem adverſus emptorem. ſed & ipſe debitor aut vindicare rem poterit, aut in factum actione adverſus emptorem agere*, l. 13.

Ea igitur, quæ *diligens paterfamilias in ſuis rebus præſtare ſolet, à creditore exiguntur*, l. 14.

Domo pignori datâ, *& area ejus tenebitur: eſt enim pars ejus; & contra, jus ſoli ſequitur ædificium*, l. 21.

Reproba pecunia *non liberat ſolventem*, l. 24. §. 1.

EMPTOR eſt ille, ad quem pecunia multa eſt conſtituta: Is, quoniam grave eſt, fidem fallere, *l. 1. pr.* (*fides ſeu chorda humi jacens gravis eſt*) ſicuti promiſerat, paratus eſt, uti tenetur, ad pecuniam circa ſe conſtitutam Epheſi, aut alio loco ſolvendam, *l. 5. pr.*

FURIOSUS iſte (*ex geſtibus cognoſcitur*) impubes FRAGILE vas vitreum commodatum acceperat utendum; quod dum ſiniſtrâ manu jactat, FRANGITUR. Res mobilis eſt FRAGILE vas, quod FRACTUM projicit in ſolum; fit etiam *res ſoli l. 1. §. 1.* Neque tamen propterea commodati actione tenetur; impubes enim eſt, *l. 1. §. 2.* & FURIOSUS, *l. 2.* Et quoniam hoc FRAGILE vas ita deterius factum, non videtur redditum, *l. 3. §. 1.* Hac etiam de causâ, quod neque loco debito, neq; tempore certo redditum, *l. 5. §. 2.* Et quoniam hujus FRAGILIS vaſis dominium aut poſſeſſio duorum in ſolidum eſſe non poterat, FURIOSUS iſte impubes illud FREGIT, ut eſſet duorum. *l. 5. §. ult.* Quod mandatum voluntate ſuſceptum, neceſſitate conſummabat, *l. 17. §. 3.* Atque ita voluit beneficio adjuvari, non decipi, *l. 17. §. 3.* Neque tamen curâ aut diligentiâ ſuâ id potuit conſequi, ne aliquis damnum ipſi inferret, *l. 19.*

GRANDES GEMMÆ pignori datæ, diſpoſitæ in axe, deſignant pignoraticiam actionem. GEMMAS has pignori datas, licet conveniſſet, ne diſtraherentur, quum creditor diſtraxiſſet, furti fuit obligatus, *l. 4.* (*Gemmæ iſtæ non ſunt conjunctæ, ſed in diverſa loca diſtractæ*) volebat autem debitor ſolutâ pecuniâ GEMMAS ſuas recipere (*pecunia ſeu nummi*) aut eas actione pignoraticiâ adverſus creditorem perſequi, & vindicare, *l. 13.* Eaque quæ diligens paterfamilias in rebus ſuis præſtare ſolet, à creditore exigebat, *l. 14.* in domo illâ, quam ei pignori dederat cum areâ iſtâ, in quâ jacent GEMMÆ & axis, *l. 21.* Verùm debitor quum reprobam attuliſſet pecuniam, (*pecunia eſt reproba, quæ ad axem poſita eſt.*) non fuit ſolutus, *l. 24. §. 1.*

Ti-

DIGESTORUM LIB. XIV.

TItulos continet OBBA. Literæ O, A, nobis deſignant 14. Liber iſte 6. habet titulos; poſtremus eſt de S C. Macedoniano, FRAUDULENTUS eſt Fœnerator. OBBA eſt *poculum ligneum, quo in tabernis & cœnobiis circumfertur potus ad ſupplenda exhauſta vaſcula.* (1) Exercitores, cùm nimium ex eo hauſiſſent, (2) levandæ navis causâ coacti ſunt merces ejicere, (3) quas interceptas inſtitores deinde vendebant, (4) & Tribuebant iis, qui (5) in alienâ erant poteſtate, (6) contra S C. Macedonianum. *MAteriæ LIB. XIV. DIGEST.*

ACCESSIT ad ACCESSORIAM (*axem*) actionem (*Paratit. Cujac.*) Exercitor navis, quo agit & exercet navem; & in dubiâ tempeſtate verbis edicti (*ſeu mandati ejus, cum quo contraxerat*) ſervit, *l. 1.* §. *20.* (*res dub.* leguntur ad navem.)

BOREA BIBAX nauclerus Rhodius, qui ex Obbâ iſtâ nimium BIBERAT, ad faciendum jactum mercium levandæ navis gratiâ adactus Rhodiæ legi confidit, quâ cautum erat, ut omnium contributione ſarciretur, quod pro omnibus datum, *l. 1.* Dum verò merces has projicit, non habet hanc mentem, ut eas pro derelicto habeat; ſed conſtituit eas deinde requirere & auferre, *l. 8.*

CIRCUITOR iſte inſtitor eſt, qui CALIGAS veſteſque alias CIRCUMFERT, ut eas diſtrahat & vendat, *l. 5.* §. *4.* Idem tabernæ aliiſque negotiationibus erat præpoſitus, *l. 3. & 18.* unde nata Actio Inſtitoria, (*axem gerit iſte inſtitor.*)

DISTRIBUTÆ ſunt merces iſtæ in DISCRETAS & DIVERSAS partes per Actionem Tributoriam (*Axi impoſitæ ſunt merces; quo illæ Diſtributæ.*) Actio illa (*Axis*) Tributoria data in dominum, quo ſciente ſervus in merce peculiari fuerat negotiatus, ad DISTRIBUTIONEM peculii (*merces illæ ſunt peculium ſervi*) inter dominum & reliquos creditores, ſine privilegio domini, pro ratâ, *l. 1.* Quâ in re tamen dolus tutoris, vel curatoris, qui minimam illam mercium partem tribuerat pupillo furioſo, eidem non nocebat, *l. 3.* §. *1.*

EREMITA (*ex habitu dignoſcitur*) cum filiofamilias, qui in alienâ poteſtate fuerat, negotium gerit, & contrahit. Is deinde,

1. De Exercitoriâ Actione.

In re dubiâ *melius eſt verbis edicti ſervire*, l. 1. §. 20.

2. De lege Rhodiâ de jactu.

Lege Rhodiâ *cavetur, ut, ſi levandæ navis gratiâ jactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt*, l. 1.

Qui levandæ navis *gratiâ res aliquas projiciunt, non hanc mentem habent, ut eas pro derelicto habeant: quippe, ſi invenirent eas, ablaturos; &, ſi ſuſpicati fuerint, in quem locum ejectæ ſunt, requiſituros: ut perinde ſit, ac ſi quis onere preſſus in viam rem abjecerit, mox cum aliis reverſurus, ut eandem auferret*, l. 8.

3. De Inſtitoriâ Actione.

Inſtitor appellatus *eſt ex eo, quod negotio gerendo inſtet, ſeu inſiſtat. nec multum facit, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alii negotiationi*, l. 3. & 18.

Sed etiam eos *inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii vel lintearii dant veſtem* Circumferendam *& diſtrahendam; quos vulgo* Circuitores *appellamus*, &c. l. 5. §. 4.

4. De tributoriâ Actione.

Dolus tutoris *vel curatoris nocere pupillo vel furioſo non debet*, l. 3. §. 1.

5. Quod cum eo, qui in alienâ poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.

 quum

Ait prætor, in eum, *qui emancipatus aut exheredatus erit, quive abſtinuit ſe hereditate ejus, cujus in poteſtate, cum moritur, fuerit; ejus rei nomine, quæ cum eo contracta erit, cum is in poteſtate eſſet, ſive ſuâ voluntate, ſive juſſu ejus, in cujus poteſtate erit, contraxerit, ſive in peculium ipſius, ſive in patrimonium ejus, cujus in poteſtate fuerit, ea res redacta fuerit, actionem causâ cognitâ dabo in id, quod facere poteſt*, l. 2. §. 2.

quum eſſet emancipatus, exheredatus, & abſtinuiſſet ejus hereditate, in cujus fuerat poteſtate, in eum tamen FREMITÆ creditori data actio â Prætore, in quantum facere poterat, *l. 2.* §. *1.*

6. De Senatusconſulto Macedoniano.

Verba Senatus*conſulti Macedoniani hæc ſunt: Cum inter cæteras ſceleris cauſas Macedo, quas illi natura adminiſtrabat, etiam æs alienum adhibuiſſet, & ſæpe materiam peccandi malis moribus præſtaret, qui pecuniam, ne quid amplius diceretur, incertis nominibus crederet. placere, ne cui, qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis ejus, cujus in poteſtate fuiſſet, actio petitióque daretur: ut ſcirent, qui peſſimo exemplo fænerarent, nullius poſſe filiifamilias bonum nomen expectatâ patris morte fieri*, l. 1. pr.

Usque ad quantitatem *caſtrenſis peculii: cùm filiifamilias in caſtrenſi peculio vice patrumfamiliarum fungantur*, l. 2.

Is autem ſolus *ſenatusconſultum offendit, qui mutuam pecuniam filiofamilias dedit. non qui aliàs contraxit*, l. 3. §. 3.

Initium *contractus ſpectandum eſt*, l. 12.

FRAUDULENTUS FOENERATOR Macedo FRAUDULENTER agit, dum filio iſti familias Fœnore tacito pecuniam (*in crumenâ*) incertis nominibus credit, in perniciem parentum ipſiusque filiifamilias; Cui FOENERATORI deinde actio aut petitio non data; Et contra ipſum hoc ſenatus conſultum factum, ab ipſius nomine Macedonianum dictum, *l. 1. pr.* Nec hujus filiifamilias pater fuit obſtrictus, niſi usque ad quantitatem peculii caſtrenſis *l. 5. pr.* (*caſtrenſ. legitur*) FRAUDULENTUS iſte Macedo offenderat ita ſenatusconſultum, dum mutuam pecuniam dederat filiofamilias; at præterea etiam cum eo contraxerat, *l. 3.* §. *3.* quo contractu initium ſpectabatur, *l. 12.* (*initium contractus legitur.*)

DIGEST. LIB. XV.

Materiæ DIGEST. LIB. XV.

Titulos exhibet PApaveris caput: PA enim nobis ſignificant 15. Poſtremus titulus eſt, quod juſſu, DAni. Hoc PApaveris caput tanquam (1) Peculium, de quo (2) Actione annali, (3) & in rem verſo (4) juſſu DAni Domini agebatur.

1. De Peculio.

Peculium definitur *naturale patrimonium filiofamilias, vel ſervo, aut quaſi ſervo ſuo à patre, vel domino ſeorſim à ſuis rationibus conſtitutum, deducto inde, ſi quid patri, vel domino, vel ſubjectis ei perſonis naturaliter debetur. Et contra naturam peculii eſt, ſi legetur, non deducto ære alieno.*

Iniquum eſt, *in plures adverſarios diſtringi eum, qui cum uno contraxit*, l. 27. §. ult.

Peculium & *ex eo conſiſtit, quod parſimoniâ ſuâ quis paravit, vel officio meruerit. idq; velut proprium patrimonium ſervum ſuum habere quis voluerit*, l. 39.

Peculium naſcitur, *creſcit, decreſcit: & ideo eleganter Papirius Fronto dicebat, peculium ſimile eſſe homini*, l. 41.

Quaſi patrimonium *liberi hominis peculium ſervi intelligitur, ubicunq; ſit*, l. 46. §. 6.

ANSER ARGENTEUS cum adjacente AERE ſeu pecuniâ eſt peculium naturale filiifamilias, vel ſervi, vel quaſi ſervi; qui in plures adverſarios non poterat diſtringi, quoniã cũ uno contraxerat, (*cum uno contraxit* legitur) *l. 27.* §. *ult.* Peculium hoc (ANSEREM & AES) partim parſimoniâ ſuâ ſibi paraverat ſervus, partim officio meruerat, *l. 39.* Naſcebatur, creſcebat, & decreſcebat ANSER, peculium, quoniam ſimile eſt homini, poſt ANSEREM latitanti, (*homo latitat poſt Anſerem*) *l. 41.* Eſt quaſi patrimonium liberi hominis, *l. 46.* §. *6.* Quem nudaratio non poterat facere debitorẽ, *l. 49.* §. *2.* Neque ille latitat fraudationis causâ, *l. 50. pr.* Hoc peculium in ratione Falcidiæ mortis causâ ſpectabatur, *l. 5.* §. *1.* Interim occu-

occupantis ANSEREM hunc ARGENTEUM melior erat conditio, quàm cæterorum, *l.52.§.1.*

Nuda ratio *non facit debitorem*, l. 49. §. 2.
Non fraudationis *causâ latitat, qui, ſi judicium acciperet, abſolvi deberet*, l. 50. pr.
Mortis tempus *in Falcidiæ ratione ſpectatur, illius temporis peculium conſiderabitur*, l. 50. §. 1.
Occupantis melior *ſolet eſſe conditio, quàm cæterorum*, l. 52. §. 1.

BUCERA illa ſunt peculium annale, de quibus exſtinctis actio erat tantùm annalis, quæ aliàs, peculio manente, perpetua eſt (*axis nobis ſignificat actionem, in quo annalis legitur*) uſusfructus unà cum Buceris exſtinguebatur: unde intra annum dabatur actio in uſufructu avium, *l.1.§.9.*

2. Quando de peculio actio annalis eſt.

Uſufructu exſtincto *intra annum actio danda in uſufructuarium*, l. 1. §. 9.

CAPTURA CAPIT piſces filiusfamilias, quos CAPTOS in rem & patrimonium vertit patris. Occupantis autem & CAPIENTIS filiif. conditio melior eſt, quàm CAPTORUM piſcium, *l.4.*

3. De in Rem Verſo.

Occupantis melior *debet eſſe conditio*, l. 4.

DANUS DOMINUS jubet famulum ſeu ſervum ſuum contrahere de piſcibus illis, cum illo filiofamilias; quodammodo igitur cum ipſo domino contrahit filiusf. *l.1.pr.*

4. Quod juſſu.

Quodàmmodo *cum eo contrahitur, qui jubet*, l.1.pr.

DIGEST. LIB. XVI.

Ituli ſunt in QuAdrâ: literæ QA, nobis deſignant 16. Habet hic liber titulos 3. Poſtremus eſt Depoſiti: CAſtrenſe depoſitum eſt in Ciſtâ illâ. In QuAdrâ (1) Ancilla ad S. C. Vellejanum (2) compenſat (3) depoſitum. *Materia DIGEST. LIB. XVI.*

ANCILLA femina tenet Vellus, cui S. C. Vellejanum inſcriptum. Illa ſuo nomine contrahens obligatur; ſed pro alio intercedens eximitur, *l.1.pr.* Interdictum enim, ne feminæ pro Viris intercederent, *l.2.pr.* propter ſexus imbellitatem multis caſibus obnoxiam, *l.2.§.2.* Melioris tamen conditionis non erat, quia emerat, quàm fuerat venditor, *l.32.§.2.* (*condita in pixide emerat, ſupra quam melioris legitur.*)

1. Ad S. C. Vellejanum.

Vellejano S. C. *pleniſſimè comprehenſum eſt, ne pro ullo feminæ intercederent*, l. 1. pr.
Interdictum, *ne feminæ pro viris ſuis intercederent*, l. 2. pr.
Sed ita demum *mulieribus ſubvenit, ſi non callidè ſint verſatæ, nam deceptis, non decipientibus, opitulatur*, l. 2. §. 2. & 3.
Infirmitas *feminarum, non calliditas, auxilium meruit*, l. 2. §. 3.
Melioris *conditionis non ſit emptor, quàm fuerit venditor*, l. 32. §. 1.

BUTYRUM *Britannus* à *Belgâ* emerat, cujus nomine ei debebat pecuniam, quam ita compenſabat *Britannus* creditor, ut ei redderet chirographum, quo *Belga* ſe debitorem illius fuerat profeſſus. Atque ita debitum & creditum utrinque compenſabantur, *l.1.* Et ita *Britannus* creditor ac debitor ſummovebatur, *l.2.* Ejusque intererat, potiùs non ſolvere, quàm ſolutum repetere, *l.3.* Eoque minus fidejuſſor debebat; quoniam *Britannus*

2. De Compenſationibus.

Compenſatio *eſt debiti & crediti inter ſe contributio*, l. 1.
Unusquisque creditorem *ſuum, eundemq; debitorem petentem ſummovet, ſi paratus eſt compenſare*, l. 2.
Ideo compenſatio *neceſſaria eſt; quia intereſt noſtra, potius non ſolvere, quàm ſolutum repetere*, l. 3.
Ipſo jure eo minus *fidejuſſor ex omni contractu debet, quod ex compenſatione reus retinere po-*

teſt. ſicut enim, cum totum peto à reo, malè peto: ita & fidejuſſor non tenetur ipſo jure in majorem quantitatem, quàm reus condemnari poteſt, l. 4.

3. Depoſiti vel contra.

Depoſitum eſt, *quod cuſtodiendum alicui datum eſt*, l. 1. pr.

Et delicta, *& noxæ caput ſequuntur*, l. 1. §. 18.

Non ſemper videtur *dolo facere, qui repoſcenti non reddit*, l. 1. §. 22.

Licet deponere *tam plures, quàm unus poſſunt; attamen apud ſequeſtrem non niſi plures deponere poſſunt*, l. 17. pr.

Bona fides, *quæ in contractibus exigitur, æquitatem ſummam deſiderat*, l. 31. pr.

Hæc eſt juſtitia, *quæ ſuum cuiq; ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione*, l. 3. §. 31.

Depoſitarius *non minorem, ſalvâ fide, rei depoſitæ, quàm ſuis rebus, diligentiam præſtabit*, l. 32.

ex compenſatione retinere poterat debitum. Neque in majorem quantitatem tenebatur, quàm reus poterat condemnari, *l. 4.*

CASTRENSIS eſt CISTA, in quâ *CAſtrenſe* depoſitum *CApitaneus CAſtrenſis cuſtodit*, quod ei *cuſtodiendam* fuerat datum, *l. 1. pr.* Ipſe verò cuſtodit; neque *cuſtodiam* hujus depoſiti credere volebat militibus ſuis; ne cum ſuo ipſius periculo ſummoveretur. Nam ei ſatis cognitum erat, & delicta, & noxam caput ſequi, *l. 1. §. 18.* (*delicta, & noxa in ſchedulâ ambulant & ſequuntur caput.*) Repoſcenti verò depoſitum non reddebat; idque ſine dolo, *l. 1. §. 22.* (*dolo abjectus jacet*) Quippe non unus, ſed plures apud ſe tanquam apud ſequeſtrem *ciſtam* illam depoſuerant, *l. 17. pr.* Atque ita *CApitaneus* reſpicit bonam fidem, quæ ſummam æquitatem deſiderat, *l. 31. pr.* Ejusque juſtitia probatur, quæ ſuum cuique ita tribuebat, ut non diſtraheretur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione *l. 3. §. 31.* Neque minorem rei depoſitæ, quàm ſuis rebus, diligentiam præſtabat, *l. 32.*

DIGEST. LIB. XVII.

Materiæ LIB. XVII. Digeſt.

Tituli ſunt circa RAdium. Literæ RA nobis deſignant 17. Liber hic *titulos* habet 2. Poſtremus eſt: *Pro ſocio.* BACCHANTUR BONI fratelli, Pro BONO ſocio, RADIO illo *dividentes* ejus BONA.

1. Mandati vel contra.

Mandatum, niſi *gratuitum, nullum eſt. nam originem ex officio atq; amicitiâ trahit*, l. 1. §. 4.

Obligatio mandati *conſenſu contrahentium conſiſtit*, l. 1. pr.

Nemo ex conſilio *obligatur*, l. 2. §. 6.

Diligenter fines mandati *cuſtodiendi ſunt. nam, qui exceſſit, aliud quid facere videtur*, l. 5. pr.

Et, ſi ſuſceptum *non impleverit, tenetur*, l. 1. §. 1.

Bonum nomen *facit creditor, qui admittit debitorem delegatum*, l. 26. §. 2.

Diſſoluta negligentia *prope dolum eſt*, l. 29. pr.

Bonæ fidei non congruit *de apicibus juris diſputare*, l. 29. §. 4.

Qui alterius negotia *adminiſtranda ſuſcipit, id præſtare debet in ſuâ perſonâ, quod in aliorum*, l. 31.

Dolus eſt, *ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt. aut, ſi quis non exegerit, quod exigere, ſolvere* (ſolet) l. 44.

AMASIÆ AMATOR *Advocato*, ut pro ſe & *Amaſiâ* hac ſuâ fidejubeat, aliaque gerat negotia, per chartam, tanquam per epiſtolam, mandatum defert. Quod mandatum, quoniam originem ex officio atque amicitiâ habebat, gratuitò ſuſcipiebat *Advocatus, l. 1. §. 4.* Ejusque obligatio conſenſu contrahentium conſiſtebat, *l. 1. pr.* Quanquam ex conſilio non fuit obligatus, *l. 1. §. 6.* (*ex conſil. non obl.* leguntur) ſed mandati fines non ſatis diligenter cuſtodiebat, *l. 1. pr.* Juſſus enim fuerat admittere debitorem delegatum, ut bonũ faceret nomen, *l. 26. §. 2.* (*B. N. ſignificant* Bonum Nomen *propter literas initiales*) Verùm erat diſſolutæ negligentiæ *Advocatꝰ*, quæ prope dolũ eſt, *l. 29. pr.* Non tantũ enim de apicibꝰ juris diſputabat, quod bonæ fidei non congruit, *l. 29. §. 4.* Sed etiam, licet alterius negotia adminiſtranda ſuſcepiſſet, in ſuâ perſonâ non adminiſtrabat, quod in aliorum, *l. 31.* (*alterius negot.* leguntur) Et nolebat perſequi, quod

quod poterat, neque exigebat, quod poterat exigere, *l. 44.* A formâ mandati igitur recedebat, *l. 46.* Non tamen oportet *Amatorem* hunc, qui *Advocati*, veluti certi hominis, fidem elegit, damno affici, l. 27. (*fid. damn.* leguntur.)

BACCHANTUR BONI ſocii & BONI fratelli (*eſt certus ordo monachorum, qui bonorum fratellorum appellatur*) pro *Bono ſocio*. Hi coierant ſocietatem primò ad tempus; deinde ſub conditione: & tandem in perpetuum, *l. 1. pr.* Horum coëuntiũ ſocietatem omnium bonorũ omnes res continuo communicabantur, *l. 1. §. 1.* (*in marſupio habent bona, quæ communicantur: tenetur enim ab utroq; ſocio*) Communicabantur *Bonâ fide* (*b. f.*) quæ contraria eſt fraudi & dolo, *l. 3. §. 3.* Societatem coierant *Boni* iſti ſocii primò per nuncium, ac deinde re & verbis, *l. 4. pr.* Diſſociati demum renunciatione, & egeſtate, *l. 4. §. 1.* (*alter ille, qui dextram extollit, renunciat ſocietati*) Sed tamen æs alienum de communi ſolvebatur, *l. 27.* (*ex communi marſupio*) Induſtriâ ſuâ alter plus contulerat ſocietati, quàm pecuniâ, *l. 29. §. 1.* (*induſtria innuitur* ligone, *quâ alter plus contulit, quàm alter pecuniâ, quæ adjacet*) Alter illorum lucrum ſpectabat, non etiam damnum, quod iniquiſsimum, *l. 29. §. 2.* (*damnum & lucrum* leguntur) Quum tamen lucrum eſſet nullum, niſi damno deducto, *l. 30.* Quod etiam alter dolo malo nonnihil ex re communi amoviſſet, quanquam ſocius cum ſocio furti agere potuiſſet; inſtituebat tamen actionem *pro ſocio*: quod eſſent BONI SOCII, *l. 45.* Si ſine dolo malo feciſſet, furti non fuiſſet obſtrictus, *l. 51. pr.* Præſtiterant inter ſe dolum & culpam, *l. 52. §. 2.* (*ad dolonem culpa* legitur) ſed damna fatalia non præſtabant, *l. 52. §. 3.* Ac ſicut lucrum, (*in marſupio poſitum*) ita quoque damnum iis erat commune (*commune* legitur ad marſupium, in quo eſt commune lucrum) *l. 52. §. 4.* Aequũ enim eſt, ut, cujus quis participavit lucrũ, participet & damnum, *l. 55.* (*part.* legitur ad marſupium: *quoniã participant commune lucrum: marſupiũ eſt commune: uterq; illud tenet.*) Hæc *Bonorum* fratellorum ſocietas jus fraternitatis habebat, *l. 63. pr.* Quæ fraternitas judicio demum diſtracta fuit, *l. 65. pr.* Nec ſocius ære alieno per ſocium fuit obligatus: niſi quod in hoc illorum marſupium commune fuit converſum, *l. 82.*

Quoties certum mandatum *eſt, recedi à formâ non debet*, l. 46.

Non oportet eum, *qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum affici damno*, l. 57.

2. Pro Socio.

Societas coiri poteſt *vel in perpetuum, id eſt, dum vivunt; vel ad tempus; vel ex tempore; vel ſub conditione*, l. 1. pr.

In ſocietate *omnium bonorum omnes res, quæ coëuntium ſunt, continuò communicantur*, l. 1. §. 1.

Fides bona *contraria eſt fraudi & dolo*, l. 3. §. 3.

Societatem coire *& re, & verbis, & per nuncium poſſe nos dubium non eſt*, l. 4. pr.

Diſſociamur *renuntiatione, morte, capitis minutione & egeſtate*, l. 4. §. 1.

Omne æs alienum, *quod manente ſocietate contractum eſt, de communi ſolvendum eſt*, l. 27.

Plerumque tanta eſt induſtria *ſocii, ut plus ſocietati conferat, quàm pecunia*, l. 29. §. 1.

Iniquiſſimum genus *ſocietatis eſt, ex quâ quis damnum, non etiam lucrum ſpectet*, l. 29. §. 2.

Lucrum non intelligitur, *niſi omni damno deducto; neq; damnum, niſi omni lucro deducto*, l. 30.

Rei communis nomine *cum ſocio furti agi poteſt, ſi per fallaciam, dolove malo amovit, vel rem communẽ celandi animo contrectet, ſed &* pro ſocio actione *obſtrictus eſt. nec altera actio alteram tollet*. Idemque in *omnibus* Bonæ fidei *judiciis dicendum eſt*, l. 45.

Qui ſine dolo malo *fecit, furti non tenetur*, l. 51. pr.

Socios inter ſe *dolum & culpam præſtare oportet*, l. 52. §. 2.

Damna, quæ imprudentibus accidunt, *hoc eſt, damna fatalia, ſocii non cogentur præſtare. Quod ſi à furibus ſurreptum ſit, proprium ejus detrimentum eſt; quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit*, l. 52. §. 3. (furtum fortuitus caſus non eſt.)

Sicuti lucrum, ita damnum *quoq; commune eſſe oportet, quod non culpâ ſocii contingit*, l. 52. §. 4.

Æquum eſt, *ut cujus participavit lucrum, participet & damnum*, l. 55.

Verum eſt, quod Sabino videtur, *etiamſi non univerſorum bonorum ſocii ſunt, ſed unius rei; attamen in id, quod facere poſſunt, quodve dolo malo fecerint, quo minus poſsint, condemnari oportere. hoc enim ſummam rationem habet, cum ſocietas jus quodammodo fraternitatis in ſe habeat*, l. 63. pr.

Actione *diſtrahitur* (ſocietas) *cum aut ſtipulatione, aut judicio mutata ſit cauſa ſocietatis*, l. 65. pr.

Jure ſocietatis *per ſocium ære alieno ſocius non obligatur; niſi in communem arcam pecuniæ verſæ ſunt*, l. 82.

DIGEST. LIB. XVIII.

Tituli exhibentur in Sacco. SA, nobis denotant 18 Liber hic habet titulos 7. Poſtremus eſt de Servis Exportandis. In Sacco iſto aſſervantur (1) contracta & pacta inter emptorem & venditorem compoſita; (2) in diem addictione, (3) Lege commiſſoriâ (4) de hereditate & Actione venditâ, (5) Verùm reſciſſa fuit venditio (6) propter periculum rei venditæ (7) & ſervos exportandos.

Materia LIB. XVIII. DIGEST.

1. De Contrahendâ Emptione, & de Pactis inter emptorem & venditorem compoſitis: Et quæ res venire non poſſunt.

Origo emendi vendendique *in permutationibus cœpit*, l. 1. pr.

Eſt autem emptio juris gentium, *& ideo conſenſu peragitur: & inter abſentes contrahi poteſt, & per nuncium, & per literas*, l. 1. §. 2.

In emptis & venditis *potiùs id, quod actum, quàm id, quod dictum ſit, ſequendum eſt*, l. 6. §. 1.

Conditionales venditiones *tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio*, l. 7. pr.

Veneni mali *quidam putant non contrahi emptionem: quia nec ſocietas aut mandatum flagitioſæ rei ullas vires habet*, l. 35. §. 2.

Res bonâ fide vendita *propter minimam cauſam inempta fieri non debet*, l. 54.

Rutilia Polla *emit locum, quatenus tunc fuit, & circa eum decem pedes* &c. l. 69.

Pacta conventa, *quæ poſtea facta detrahunt aliquid emptioni, contineri contractu videntur. Quæ verò adjiciunt, credimus non ineſſe*, l. 72.

2. De in Diem Addictione.

Quicquid ad utilitatem *venditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet*, l. 5.

Licet venditori meliori *allatâ conditione addicere poſteriori: niſi prior paratus ſit plus adjicere*, l. 6.

3. De lege Commiſſoriâ.

Si fundus lege commiſſoriâ *venierit, hoc eſt, ut niſi intra certum diem pretium ſit exſolutum, inemptus fieret*, l. 4. pr.

4. De Hæreditate vel Actione venditâ.

Acetum eſt in dolio: & Aluta pactilis compacta, de quibus, tanquam rebus certis, contrahunt certis pactis *emptor* iſte & *venditor*: quæ res venire poſſunt. Merces illas initio quidem volebant permutare, *l. 1. pr.* Verùm deinde emptionem, quòd illa juris gentium, contrahebant, eamque conſenſu peragebant, *l. 1.* §. *2.* Reſpiciebant id potiùs, quod actum, quàm quod fuerat dictum, *l. 6.* §. *1.* Sed venditio illa erat conditionalis, quæ, conditione impletâ, fuit perficienda, *l. 7. pr.* Iſti veneni mali nolebant contrahere emptionem, quia flagitioſæ rei ſocietas aut mandatum nullas habet vires, *l. 35.* §. *2.* (*Nam nec venena, nec ſervus in fugâ, nec, quæ ædibus juncta ſunt, nec ædes ſacræ, nec quæ in uſu publico, ſunt in commercio.* Paratit. Cujac.) Sed bonâ fide vendebantur merces illæ, neque propter minimam cauſam potuerunt fieri inemptæ, *l. 54.* (*b. f.* ſignificant *bonam fidem*) ſicuti Rutilia Polla emerat locum, *l. 69.* Pacta conventa, quæ poſtea facta, detrahebant aliquid huic emptioni, nec contractu illo continebantur, *l. 72.*

Byſſus penes emptorem erat collocata, eique addicta in certum diem (*diem* ſignificat *ſol*, qui motu ſuo *diurno diem efficit*) ad utilitatem venditoris, *l. 5.* ut ſi melior adferretur conditio, addiceretur poſteriori, *l. 6.*

Commiſſoria lege, quum emptor intra ſtatutum tempus non ſolveret, venditor iſte has ſuas merces vult inemptas eſſe, eaque de cauſâ eas aufert. Eadem lege commiſſoriâ idem antea vendiderat fundum, quem itidem, quum pretium intra certum diem non eſſet exſolutum, volebat inemptum, *l. 4. pr.*

Debitor hic hæreditatem illam, ſupellectilem hæreditate acceptam, vendit: quæ res ſunt *corporales*: vendit etiam *actionem*: (*axem*, in quo conſiſtunt) quæ res *incorporalis*.

EN-

Enſe Emptor reſcindit venditionem harum mercium, atque ab aliarum Emptione diſcedit: quoniam per *vim* & *metum* fuerat contracta venditio. Res enim, merces illæ, hactenus erant integræ, infecta igitur fieri poterat emptio, *l. 2.* Quod bonæ fidei judicio exceptiones pacti inſint, *l. 3.* (*in compactis mercibus inſunt exceptiones, quæ ad bonæ fidei judicium pertinent.*)

Fracta ſunt Fictilia illa vaſa, vendita periculo venditoris; Qui talem non præſtiterat eorum cuſtodiam, quam præſtant hi, quibus erant commodata, *l. 3.* Nondum etiam perfecta fuerat emptio, aliàs periculum ad emptorem reſpexiſſet, *l. 8. pr.*

Gravis iſte Gravem Gestat ſervum exportandum, eâ lege venditum, ne in Italiâ eſſet. (*ex l. 7.*) Sed quum eò iviſſet, exportatus eſt. Atque ita Gestans beneficio iſtum voluit afficere Gestandum & exportandum, *l. 7.*

5. De Reſcindendâ venditione, & quando licet (non licet) ab emptione diſcedere.

(*Reſolvitur emptio vel per vim, vel per metum contracta.*)

Poteſt, dum res integra eſt, *conventione noſtrâ infecta fieri emptio*, l. 2.

Bonæ fidei judicio *exceptiones pacti inſunt*, l. 3.

6. De Periculo & Commodo rei venditæ.

Cuſtodiam venditor *talem præſtare debet, quam præſtant hi, quibus res commodata eſt: ut diligentiam præſtet exactiorem, quàm in ſuis rebus adhiberet*, l. 3.

Perfectâ emptione *periculum ad emptorem reſpiciet*, l. 8. pr.

7. De Servis Exportandis, vel ſi ita mancipium venierit, ut manumittatur, vel contra.

Beneficio adfici *hominem intereſt hominis*, l. 7.

DIGEST. LIB. XIX.

Tituli depicti ſunt in Tabulâ. Literæ TA, nobis deſignant 19. Liber iſte habet Titulos 5. Poſtremus eſt de Præſcriptis verbis & in Factum Actionibus. De Tabulâ hac, (1) quoniam empta & vendita, actio inſtituta, (2) ac deinde locati conducti. (3) Sed fuit æſtimata, (4) poſt modum permutata, (5) præſcriptis verbis.

Annulus iſte Arrhæ nomine fuerat datus; nec, ſecutâ emptione, pretióque numerato, & traditâ re, Annulus iſte fuit redditus; atque hinc *ex empto* egit emptor: qui eundem potuiſſet *condicere, ex leg. 11. §. 6.* (*intra Annulum ſunt duo Axes, qui ſignificant actiones, alter eſt emptoris, & alter venditoris, quibus de empto & vendito ſolebant agere.*) Annulus iſte non fuit celatus, *l. 1.* De eo in bonæ fidei judicio id præſtare conveniebat, quod inter contrahentes fuerat actum, *l. 1. §. 1.* Pretio oblato, *l. 13. §. 8.* Arboris in agro vendito fructus cedebant emptori, qui eos decerpit, *l. 13. §. 10.* moram autem faciebat emptor, non venditor, *l. 51. pr.* (*Arbor intra Annulum eſt morus, ex quâ mora decerpit adſtans emptor.*)

Balneator gemit: nam ædilis in municipio Balnea ejus conduxerat, ut eo anno municipes gratis laverentur: poſt tres menſes incendio facto conbuſta ſunt *Balnea*

1. De Actionibus Empti & Venditi.

Non videtur eſſe celatus, *qui ſcit; neq; certiorari debuit, qui non ignoravit*, l. 1. in fine.

Ex empto actione is, *qui emit, utitur*, l. 1. pr.

Et inprimis ſciendum eſt, *in hoc judicio id demum deduci, quod præſtari convenit. Cùm enim ſit bonæ fidei judicium, nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt*, l. 11. §. 1.

Offerri pretium *ab emptore debet, cùm ex empto agitur*, l. 33. §. 8.

Si fructibus jam maturis *ager diſtractus ſit, etiam fructus emptori cedere, niſi aliud convenit, exploratum eſt*, l. 13. §. 10.

Non poteſt videri mora *per Venditorem emptori facta eſſe, ipſo moram faciente emptore*, l. 51. pr.

2. Locati conducti.

(Locator eſt, *qui dat aliquid fruendum vel faciendum.* Conductor, *qui accipit*, Paratit. Cujac.)

Ex conducto *actio conductori datur*, l. 15. pr.

illa

ſi re, *quam conduxit, ei frui non liceat: aut villa non reficiatur,* &c. l. 15. §. 1.

Bona fides exigit, *ut, quod convenit, fiat*, l. 21.

Quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſt, *quod pluris ſit, minoris emere; quod minoris ſit, pluris vendere, & ita invicem ſe circumſcribere: ita in locationibus quoq; & conductionibus juris eſt*, l. 22. §. 3.

Sera eſt patientia fruendi, *quæ offertur eo tempore, quo frui colonus, aliis rebus illigatus, non poteſt*, l. 24. §. 4.

Si merces promiſſa *ſit generaliter alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non videtur*, l. 25.

Culpa abeſt, *ſi omnia facta ſunt, quæ diligentiſſimus quisq; obſervaturus fuiſſet*, l. 25. §. 7.

Qui mercedem accepit pro cuſtodiâ *alicujus rei, is ejus periculum pro cuſtodiâ præſtat*, l. 40.

Quâ cuſtodiâ conſequi *quis poteſt, ne damnum injuriâ ab alio dari poſſit?* l. 41.

3. De Æſtimatoriâ.

(*Hactenus enumerati contractus, qui certam juris habent actionem; vocanturq;* nominati. *Jam ſequuntur* innominati, *qui ſunt incerti nominis: ut, ſi quis rem æſtimatam vendendam accipiat, & ſibi retineat: quo caſu* actio æſtimatoria *naſcitur.*)

4. De Rerum Permutationibus.

(Permutatio *eſt Contractus, quo res* Datur, *ut alia accipiatur: quod negotium ita geritur.* Do, *ut* Des: *Caretq; nomine; licet permutatio appelletur.* Cujac. Parat.)

5. De Præſcriptis Verbis & in factum Actionibus.

Naturâ rerum conditum eſt, *ut plura ſint negotia, quàm vocabula*, l. 4.

Nemo ſocietatem *contrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit*, l. 13.

Quoties deficit *actio vel exceptio, utilis actio vel exceptio eſt*, l. 21.

illa. Actum igitur cum *Balneatore* ex Conducto, ut pro portione temporis, quo lavationem non præſtitiſſet, pecuniæ contributio fieret, *ex Leg. 30. §. 1.* (*Balnea incendio conflagrant*) Gemit Balneator, quòd ædilis, conductor Balneorum, actione ex conducto agat, *l. 1. pr.* Et quòd *Balneis* ampliùs frui non liceat, *l. 1.* Quoniam bona fides exigat, ut, quod convenerat, fiat, *l. 21.* Et, quòd in locatione illâ ſit circumſcriptus ab ædili, *l. 22. §. 3.* Qui *Balneis* jam frui non poterat, *l. 24. §. 4.* Fuerat tamen *Balneatori* merces generaliter promiſſa alieno arbitrio, *l. 25. pr.* Culpa abfuerat: omnia enim feceratq; quæ obſervaturus fuiſſet diligentiſsimus, *l. 25. §. 7.* (*Culpa & diligentiſſim.* leguntur.) Servus *Balneatoris* mercedem acceperat pro Balneorum cuſtodiâ, *l. 40.* Sed ipſe illa incendit non fortuito caſu, (*ex l. 30. §. 4.*) Non igitur poterat conſequi *Balneator*, ne damnum injuriâ ab alio detur, *l. 41.*

Cadaver eſt Caballi Coeci, quem æſtimatum Coecus quidam acceperat vendendum, eúmque aut incorruptum reddere, aut æſtimationem ejus præſtare debebat. Sed quum ad Culmum offendens procidiſſet, mortuus eſt. Coecus igitur ex innominato contractu coactus eſt Caballi æſtimationem præſtare.

Dulciarius Dulcia permutat poculo abſinthiaco. Dulciarius enim alteri *Dat Dulcia* illa, ut accipiat poculum abſinthiacum; adeóque hoc caſu facta permutatio.

Effigiem Eudoxiæ Efficit Eugenius his præſcriptis verbis, ut, ſi eam fecerit *Excellentiſſimam* & ſimillimam, ipſa Eudoxia ei faciat *Excellens Elogium.* Eſt igitur contractus innominatus: Efficio, ut Efficias, ſeu *Facio*, ut *facias.* Atque in hoc Factum ſunt iis actiones (*axes tenent, qui ſignificant actiones.*) Verùm hujus & ſimilium contractuum appellationes propriæ jure civili non ſunt proditæ, *l. 3.* Plura enim ſunt rerum negotia, quàm vocabula, *l. 4.* Quoties igitur deficit actio aut exceptio, utilis actio & exceptio eſt inſtituenda, *l. 21.* Iſti duo de *Effictâ* illâ *Effigie* ſocietatem contrahebant, quo rerum ſuarum domini eſſe non deſinebant, *l. 13.*

DI-

DIGEST. LIB. XX.

Tituli diſpoſiti ſunt circa VAGINAM. Literæ VA. nobis denotant 20. Liber iſte Titulos habet 6. Poſtremus eſt: Quibus modis Pignus vel hypotheca ſolvitur. FACETUS FIDEJUSSOR etiam *Fictâ*, non tamen *Falsâ* ſolutione pignus & hypothecam ſolvit. Circa VAginam illam varia collocata ſunt *pignora & hypothecæ*, de quibus contenditur. *Materia LIB. XX. Digeſt.*

AVARUS iſte Creditor pignora mobilia, in ARCâ poſita,& in proximo fundo contraxerat hypothecam immobilem. Non autem plus iſte creditor poteſt habere, quàm qui dedit pignora, *l.3.§.1.* Habebat illa obligatione generali: Ideóque non poterat retinere veſtem debitoris, miniſtrum ejus neceſſarium, aut ea, quæ ad affectionem ejus pertinent, *l.6.* ANTICHRESIS erat fundus ille, *l. 11. §. 1.* AVARUS creditor de his rebus habebat judicati actionem: verùm per hoc ei non eſt ſatisfactum, *l.13.§.4.*

1. De Pignoribus & Hypothecis, qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum.

(Pignus *eſt contractus, quo res obligata pro debito ſimul datur creditori.* Hypotheca *eſt pactum legitimum, cùm abſq; rei traditione, nudâ conventione, pignus* (jus pignoris) *conſtituitur. Utrumq; in crediti ſecuritatem. Differunt, quòd, pignus cùm fiat per traditionem, res tranſeat ad creditorem; Per hypothecam, cùm nudo pacto celebretur, res non tranſit.*)

Non plus habere creditor *poteſt, quàm qui pignus dedit*, l. 3. §. 1.

Obligatione generali rerum, *quas quis habuit, habiturúsve ſit, ea non continebuntur, quæ veriſimile eſt, quenquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe*, l. 6.

Si Antichreſis (*eſt pignus, quod ita datur, ut ejus uſum & fructum pro uſuris ſibi creditor computet*) facta eſt, *& in fundum, aut in ædes aliquis inducatur: eousq; retinet poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſolvatur; cum in uſuras fructus percipiat, aut locando, aut ipſe percipiendo, habitandóq;. Itaq; ſi amiſerit poſſeſſionem, ſolet in factum actione uti*, l. 11. §. 1.

Per hoc non videtur *ſatisfactum creditori, quòd habet judicati actionem*, l. 13. §. 4. (Judicati *legitur in axe*, quæ ſignificat *actionem.*)

BOVILE conduxerat inquilinus, ac in illud induxerat BOVES ſuos, quos locatori ita tacitè obligat pignori. Quanquam in ruſticis prædiis contra obſervetur, *l. 4. pr.*

2. In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Eo jure utimur, *ut, quæ in prædia urbana inducta, illata ſunt, pignori eſſe credantur, quaſi id tacitè convenerit. In ruſticis prædiis contra obſervatur*, l. 4. pr.

CALIX ibi poſitus itemque COEMITERIUM, aliaéque res ſacræ, religioſæ, univerſitatis pignori datæ non fuerunt obligatæ.

3. Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt.

(*Quædam prohibentur naturâ, ut ſunt*, res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, univerſitatis, liber homo & res alienæ. *Lege obligari non poſſunt* jura prædiorum, res pupillares, dotales, feudales, litigioſæ, præmia futuræ victoriæ & inſtrumenta ad agriculturam neceſſaria. *Ita celeberr*: Hahnius diſpoſ. pand)

DOTEM qui pro muliere promiſerat, ejus nomine pignora, *vaſa illa aurea & argentea* acceperat (*ex leg. 1.*) Inter alios res judicata hoc in caſu ei neque proderat, neque nocebat, *l. 16.* (*inter alios leg.*)

4. Qui potiores in pignore vel hypothecâ habeantur, & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

Inter alios res *judicata aliis nec prodeſſe, nec nocere ſolet*, l. 16. in fine.

EMPTOR EMIT pignora illa, (*argentea & aurea vaſa*) quæ creditor diſtrahit, quoniam erat debitor ſuſpectus & in morâ ſolvendi.

5. De Diſtractione pignorum & hypothecarum.

6. Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur.

(*Videlicet ſolutione verâ vel fictâ; voluntate debitoris tacitè vel expreſsè jus pignoris remittentis; mutatione perſonæ debitoris; rei interitu*, &c.)

F A CĒTUS iſte Fidejuſſor (*fides habet*) Fictâ, non tamen Fa Iſâ ſolutione pignus remittit (*alter tenet poculum aureum pignoris loco poſitum, quod creditor remittit; itaq; pignus ſolvitur.*)

DIGEST. LIB. XXI.

Materia LIB. XXI. DIGEST.

TItulos continet A C E R R A. Nam literæ A E nobis deſignant 21. In hoc libro ſunt tituli 3. Poſtremus eſt de Exceptione rei venditæ & traditæ. CA *eſiæ Columbæ venduntur.* A C E R ram huc poſuerat (1) Aedilis, (2) cujus Bos evincitur, (3) ſed de CA eſiâ Columbâ habet exceptionem rei traditæ

1. De Aedilitio Edicto, & Redhitione, & quanti minoris.

(*Eo cohibentur impoſturæ & fraudulentæ circumventiones vendentium: ut, ſi res vitioſa venierit, venditor eandem recipiat, & pretium reſtituat, aut de pretio reddat tantum, quanti res eſt minoris. Unde duplex naſcitur actio*: Redhibitoria: & Quanti minoris.)

Maximum & præcipuum munus *feminarum eſt, accipere & tueri conceptum*, l. 14. §. 1.

Mulierem ita artam, *ut mulier fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat*, l. 14. §. 8.

Remittentibus *actiones ſuas non eſt regreſſus dandus*, l. 14. §. 9.

Judici, ſtatim atque judex factus eſt, *omnium rerum officium incumbit, quæcunq; in judicio verſantur*, l. 25. §. 8.

Ea, quæcunque poſt litis *conteſtationem contingunt, arbitrium judicis deſiderant*, l. 31. §. 13.

Ea, quæ ſunt moris & conſuetudinis, *in bonæ fidei judiciis debent venire*, l. 31. §. 20.

Bovem, qui cornu petit, *vitioſum eſſe pleriq; dicunt*, l. 43. pr.

A EDILITIO *Edicto* publicè affixo cohibentur impoſturæ & fraudulentæ circumventiones vendentium, per inſtrumenta AEDILITIA ibidem affixa, quibus efficiuntur axes (*actiones*) Fabri, qui fecerat A C E R R A M & inſtrumenta *Aedilitia*. Uxor erat quidem parata ad præcipuum munus feminarum præſtandum, *l. 14. §. 1.* Sed eſt naturâ ſterilis, §. 3. Habétque vitioſam veſicam, §. 4. conjunctóſque digitos (*digiti in manu illâ ſunt conjuncti*) & tam arcta eſt, ut mulier fieri non poſsit, §. 7. Adeóque poterat redhiberi, §. 8. Sed Faber maritus actionem ſuam remiſerat; quare ei deinde non fuit regreſſus datus, *l. 14. §. 9.* (*remitt.* legitur) Licet AEDILIS judex ſtatim, atque erat factus judex, ad omnium rerum officium, quæcunque in judicio verſantur, paratus eſſet, *l. 25. §. 8.* (*omnium rerum* legitur) Ac propterea illa, quæ poſt litis conteſtationem contigerant, iſtius (*judicis*) arbitrium deſiderabant, *l. 31. §. 13.* (*duo enſes invicem oppoſiti ſignificant litis conteſtationem; inter quos baculus judicis arbitrio collocatus*) Admittebat quoq; idem judex ea, quæ ſunt moris & conſuetudinis, *l. 31. §. 20.* (*mures conſuit*: moris conſuetud: *manus illa*) Bovem, qui cornu petit, judex ille dicebat vitioſum (*Bos iſte cornibus disjecerat inſtrumenta* AEDILITIA.)

2. De Evictionibus & duplæ ſtipulatione.

(*Venditor de evictione tenetur, ſi tertius aliquis rem diſtractam per vindicationem abſtulerit: vel ad duplum, ſi ſtipulatio intervenerit: vel, ſtipulatione omiſsâ, ad intereſſe, per actionem ex empto.*)

B OS ille à B UBULCO venditur, qui non ſolùm paratus eſt ad ejus *evictionem*; ſed præterea majoris ſecuritatis causâ addit *ſtipulationem* non tantùm *ſimplam*; quâ B UBULCUS venditor promittit emptori ſimplicem pretii reſtitutionem: ſed etiam *duplam*; quâ pretium ad duplum promittit, ſi B OS ab alio & tertio evinceretur.

3. De Exceptione rei venditæ & traditæ.

C A ESIAS illas C OLUMBAS unà cum *Columbario* vendiderat mulier iſta; eáſq; tradide-


Dig. XI. Lapis. Humatio.
Dig. XIII Nassa Gemae
Dig. XIV. Foenerator
Dig. XV Papav. Dom.
Dig XVI Quadra Cista
Gestand.
Dig. XIX Abul. Effig.
Dig XX Vagina

dideratemptori; ſed evolârant, & redierant ad prius mulieris *Columbarium*, quæ propterea eas voluit evincere. Repulſa autem fuit ab emptore exceptione rei (*Columbarum illarum*) venditæ & traditæ.

(Si Venditor rem à ſe diſtractam velit evincere, emptor eum repellere poteſt exceptione rei venditæ & traditæ, vel exceptione doli.)

DIGEST. LIB. XXII.

TItuli ſunt ad BETULAM. Literæ BE. nobis deſignant 22. Habet liber hic titulos 6. Poſtremus eſt *de juris &* FACTI *ignorantia*, in FATUO FILIO. BETULA licet non ferat fructus; fert tamen (1) *uſuras* terreſtres, (2) & *nauticum fœnus*, (3) quod *probant* (4) *inſtrumento* (5) facto *Teſtes* ex BEtulæ fructibus, quo (6) FATUUM FILIUM propter FACTI & *juris ignorantiam* caſtigant. *Materia LIB. XXII. DIGEST.*

ANCILLÆ partus; Arboris fructus; Argentea vaſa; Aes, Aliæque Accesſiones ſunt fructus & uſuræ, quæ *Accedunt* per moram. (*Ancilla Amplectitur infantem, partum ſuum: adeſt Aes ſignatum & non ſignatum in crumenâ; itemq; Arboris fructus in ſacco*) ANCILLA partum hunc ſuum dabat, qualis erat, cùm peteretur, *l.2.* (*qual. eſt* leg.) Ab eâ deinde quoque uſuræ exigebantur, (*pecunia in crumenâ*) quæ tamen fructus non perceperat, *l. 16.* §. *1.* Sed propter moram, *l.17.* §. *3.* (*inter fructus arboris in ſacco ſunt etiam mora*) cujus nomine ejus fidejuſſor quoque tenebatur, *l.24.* §. *1.* (*fidejuſſ. tenetur* legitur) Quòd fructus jure ſoli percepiſſet, *l.25. pr.* (*jure ſoli* legitur) Et quòd moram feciſſet, neque oportuno loco ſolviſſet, *l.32. pr.* Quod magis erat facti, quàm juris, *d. l.* (*facti* legitur ad moram factam) Ex morâ illâ debebat uſuras, quoniam erat bonæ fidei contractus, *l.32.* §. *2.* (*b. f. uſur.* leg. ad imaginem) Inſolentia non eſt injurioſa, dum ANCILLA partum, filium ſuum, ita AMPLECTITUR & oſculatur, *l.33. pr.* Qui ventris fructus uſurarum partem obtinet, *l. 39. pr.* Quæ lite conteſtatâ currebant, *l. 35.* unà cum penſionibus, *l.36.*

1. De Uſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus Accesſionibus, & morâ.

(Vſuræ quoq; ad ſupplementum contractibus accedunt, fructus, cauſæ, & Accesſiones *Aliæ; quæ ex morâ ſæpè debentur.)*

Quale eſt, cùm petitur, *tale dari debet*, l. 2.

Iniquum eſt, uſuras ab eo exigi, *qui fructus non percepit*, l. 16. §. 1.

Uſuræ non propter lucrum petentium, *ſed propter moram* (non) *ſolventium infliguntur*, l.17. §. 3.

Cùm reus moram facit, *& fidejuſſor tenetur*, l. 24. §. 1.

Omnis fructus non jure ſeminis; *ſed jure ſoli percipitur*, l. 25. in pr.

Mora fieri intelligitur *non ex re, ſed ex perſonâ*; id eſt, *ſi interpellatus oportuno loco non ſolverit*, l. 32. pr.

An mora facta intelligatur, *neq; conſtitutione ullâ, neq; juris autorum quæſtione decidi poteſt, cùm ſit magis facti, quàm juris*, d. l.

In bonæ fidei contractibus *ex morâ uſuræ debentur*, l. 32. §. 2.

Inter inſolentiam injurioſam, *& diligentiam non ambitioſam, multum intereſt*, l. 33. pr.

Uſuræ *vicem fructuum obtinent*, l. 34.

Lite conteſtatâ *uſuræ currunt*, l. 35.

Prædiorum urbanorum penſiones *pro fructibus accipiuntur*, l. 36.

BIREMUS: in quâ pecunia trajectitia in crumenâ, cujus nomine *Fœnus Nauticum* debetur.

2. De Nautico Fœnore.

(Præter uſuras terreſtres ſeu mediterraneas ſunt etiam maritimæ; quæ Fœnus Nauticum *appellantur: & ſolvitur* pro pecuniâ trajectitiâ, (l. 1.) *quam creditor negotiatori trans mare navigaturo ſuo periculo præſtat. cujus nomine permiſſum eſt majores petere uſuras.)*

CHIROGRAPHO *probatur & præſumitur* debitum ex primo verbo CONFITEOR. Quod probationis loco adferebat, qui dixe-

3. De Probationibus & Præſumptionibus.

(Probatio *in genere eſt rei dubiæ per argumenta* rat,

oſtenſio: Præſumptio *autem opinio aliquo modo ſuffulta de re incertâ, non probatâ.)*

Ei incumbit probatio, *qui dicit: non qui negat,* l. 2.

Qui dolo dicit factum aliquid, *licet in exceptione, docere dolum admiſſum debet,* l. 18. §. 1.

Interrogationis factæ *probatio actori imponi debet,* l. 18. §. 2.

Semper neceſſitas probandi *incumbit illi, qui agit,* l. 21.

Cùm de indebito quæritur, *quis probare debet, non fuiſſe debitum? res ita temperanda eſt; ut, ſi quidem is, qui accepiſſe dicitur rem & pecuniam indebitam, hoc negaverit; & ipſe, qui dedit, legitimis probationibus ſolutionem adprobaverit: ſine ullâ diſtinctione ipſum, qui negavit ſeſe pecuniam accepiſſe, ſi vult audiri, compellendum eſſe ad probationes præſtandas, quòd pecuniam debitam accepit,* l. 25. pr.

Qui ſolvit, nunquam ita reſupinus eſt, *ut facilè ſuas pecunias jactet, & indebitas effundat,* d. l.

Commemorationem *in* Chirographo *pecuniarum, quæ ex aliâ causâ deberi dicuntur, factam, vim obligationis non habere,* l. ult.

rat, *l. 2.* (*prob. qui dicit & agit,* leguntur) Quo volebat etiam in exceptione docere, admiſſum eſſe dolum, *l. 18.* §. *1.* Actori enim impoſita probatio, *l. 18.* §. *2.* Cui neceſſitas probandi incumbit, *l. 21.* *Chirographo* igitur ejus, qui ſe pecuniam accepiſſe negaverat, legitimè probabat ſolutionem factam, *l. 25. pr.* Nam nemo pecunias ſuas facilè jactat & effundit, *d. l.* (*pecunia ex marſupio effunditur*) Verùm COMMEMORATIO pecuniarum aliarum Chirographo facta vim obligandi non habebat, *l. ult.*

4. De Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum.

(*Inſtrumenta in genere ſunt tabulæ, & literarum monumenta, ad fidem faciendam comparata: Quibus tamen amiſſis obligatio per ſe firma non extinguitur.*)

Inſtrumentorum nomine *ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt: & ideo tam teſtimonia, quàm perſonæ inſtrumentorum loco habentur,* l. 1.

Fiunt ſcripturæ, *ut, quod actum eſt, per eas faciliùs probari poſſit: ſine his autem valet, quod actum eſt, ſi habeat probationem,* l. 4.

Si de tabulis teſtamenti *Deponendis agatur, ac dubitetur, cui eas Deponi oportet: ſemper ſeniorem juniori, & amplioris honoris inferiori, & marem feminæ, & ingenuum libertino præferemus,* l. ult.

DEPOSITUM eſt hoc *inſtrumentum* muſicum, factum ex *tabulis & literarum monumentis,* apud ſeniorem illum præ juniore, (*ex leg. ult.*) Quæ perſonæ etiam habentur loco inſtrumentorum, *l. 1.* Factum erat *inſtrumentum,* ut per illud faciliùs probari poſſet, quod fuerat actum: quanquam & ſine eo valet, ſi habeat probationem, *l. 4.*

5. De Teſtibus.

(*In quæſtionibus facti æquè creditur hominum teſtimonio, ac inſtrumentis: non autem in quæſtionibus juris.*)

Teſtimoniorum uſus *frequens & neceſſarius eſt, & ab his præcipuè exigendus, quorum fides non vacillat,* l. 1.

In teſtimoniis *dignitas, fides, mores, gravitas examinanda eſt. & ideo teſtes, qui adverſus fidem ſuæ teſtationis vacillant, audiendi non ſunt,* l. 2.

Teſtium fides *diligenter examinanda eſt, ideòq; in perſonâ eorum exploranda imprimis conditio cujusq;: utrum quis decurio, an plebejus ſit: & an honeſtæ & inculpatæ vitæ; an verò notatus quis & reprehenſibilis: an locuples vel Egens ſit, ut lucri causâ quid facilè admittat: vel an inimicus ei ſit, adverſus quem teſtimonium fert; vel amicus ei, pro quo teſtimonium dat,* l. 3. pr.

Idonei non videntur *teſtes, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant,* l. 6.

Teſtis idoneus *pater filio, aut filius patri non eſt,* l. 9.

Nullus idoneus teſtis *in re ſuâ intelligitur,* l. 10.

Ubi numerus teſtium *non adjicitur, etiam duo ſufficient: pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt,* l. 12.

EPISCOPUS & EGENUS ſunt teſtes, qui in quæſtione facti coram judice teſtimonium dicunt jurati. Ab his exigitur teſtimonium, quoniam eorum fides non vacillat, *l. 1.* Dignitatem EPISCOPI & fidem EGENI examinat judex, *l. 2.* Idem diligenter explorat utriusque conditionem: num videlicet EPISCOPUS vitæ inculpatæ: & num EGENUS lucri causâ quid admittat: num inimici ſint ei, adverſus quem teſtimonium ferunt: vel amici ei, pro quo dant teſtimonium, *l. 3. pr.* Sed EGENUS non videbatur judici teſtis idoneus; quoniam à locuplete actore ei poterat imperari, ut fieret teſtis, *l. 6.* Nec idem EGENUS poterat eſſe idoneus teſtis ipſe filius EPISCOPO patri ſuo ſpirituali, *l. 9.* Nec in re ſuâ, *l. 10.* Potuiſſent verò hi duo teſtes ſufficere, *l. 12.* Licet non adeſſet mulier teſtis, *l. 18.* Quæ ob carmen famoſum damnata, inteſtabilis ita facta, *l. 21. pr.* Non enim judex iſte reſpicit ad multitudinem; ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, *l. 21.* §. *ult.* Neq; etiam admittit *Egenum* teſtem; quoniam ante

ante in eundem reum teſtimonium dixerat, *l. 23.*

Ex eo, quòd *prohibet lex Julia de adulteriis teſtimonium dicere condemnatam mulierem; colligitur, etiam mulieres in judicio teſtimonii dicendi jus habere*, l. 18.

Ob carmen famoſum *damnatus inteſtabilis fit*, l. 21. pr.

Non ad multitudinem *reſpici oportet; ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia, quibus potiùs lux veritatis adſiſtit*, l. 21. §. ult.

Produci teſtis *non poteſt, qui antè in eum reum teſtimonium dixit*, l. 23.

FATUUS FILIUS & *Facti* & juris habet ignorantiam; quia FATUUS. Sed neque juris neque *Facti* ignorantia ei nocet; quæ aliis ſolet nocere: quoniam FATUUS eſt. (*Facti ignorantia non nocet* legitur.)

6. De juris & FActi ignorantiâ.

Ignorantia *vel FActi vel juris eſt*, &c. l. 1. pr.

Regula eſt, *juris quidem ignorantiam cuiq; nocere: FActi verò ignorantiam non nocere*, l. 9. pr. (niſi ſit facti, cujus non eſt probabilis error.)

DIGEST. LIB. XXIII.

TItulos gerit CEntaurus. Literæ C, E, denotant 23. Hujus libri tituli ſunt 5. Poſtremus eſt *de Fundo dotali.* ERADICATÆ & EXCISÆ ſunt arbores fundi dotalis. Ad CEntaurum ſunt materiæ ad matrimonium pertinentes, videlicet *de Sponſalibus; Nuptiis & Dotibus*: quoniam matrimonio copulati, ſi ad fabulas attendimus, quodammodo evadunt CEntauri. *Materiæ DIGEST. LIB. XXIII.*

AETAS in ſponſalibus contrahendis definitur, *l. 14.* Si non ſint minores 7. annis. (*Adoleſcentula ſeu puella eſt 7. annorum, numerus 7. eidem eſt inſcriptus.*) ADOLESCENS verò cum hac ſponſâ ſuâ eſt juſtæ AETATIS. Hi promiſerant invicem nuptias futuras, *l. 1.* Eorumque exactus fuerat conſenſus, quorum in nuptiis. Virgini filiæ viſus fuit conſentire pater; quia non evidenter diſſentiebat, *l. 7.* Eorum ætas non fuerat definita, ſicut in matrimoniis, *l. 14.* Tutor hujus puellæ eam voluerat filio ſuo in matrimonium jungere; quod ipſi prohibitum, *l. 15.* Sponſalia illa ADOLESCENTIS fuerant per epiſtolam, per nuncium, adeóque per alium, facta, *l. ult.*

1. De Sponſalibus.

Sponſalia ſunt *ſponſio & repromiſſio nuptiarum futurarum*, l. 1.

In ſponſalibus *etiam conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur. Intelligitur tamen ſemper filiæ patrem conſentire, niſi evidenter diſſentiat*, l. 7.

In ſponſalibus contrahendis *ætas contrahentium definita non eſt, ut in matrimoniis. quapropter & à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt; ſi modò id fieri ab utróq; perſonâ intelligatur; id eſt, ſi non ſint minores, quàm ſeptem annis*, l. 14.

Tutor factam pupillam *ſuam nec ipſe uxorem ducere, nec filio ſuo in matrimonio jungere poteſt. Sciás tamen, quod de nuptiis tractamus, & ad ſponſalia pertinere*, l. 15.

In ſponſalibus conſtituendis *parvi refert, per ſe & coràm, an per internuncium, vel per epiſtolam, an per alium hoc factum eſt*, l. ult.

BENEDICTIO ſacerdotalis in RITU NUPTIARUM confertur BIGAMO, qui nuptias cum virgine feminâ in conſortium omnis vitæ celebrat, & divinum humanumque jus cum eâ communicat, *l. 1.* Nuptiæ hæ poterant conſiſtere; quoniam omnes conſenſerant, *l. 2.* Naturaléque jus & pudor fuerat inſpectus, *l. 14. §. 2.* (*Sacerdos per ſpicillo utens inſpicit pudorem ſponſæ*: pudor *legitur ad ſponſæ vultum.*) Non erant nuptiæ ſimulatæ, *l. 30.* Quæſita dignitas ſponſæ filiæ propter crimen pa-

2. De Ritu Nuptiarum.

Nuptiæ ſunt *conjunctio maris & feminæ; conſortium omnis vitæ; divini & humani juris communicatio*, l. 1.

Nuptiæ conſiſtere *non poſſunt, niſi conſentiant omnes*, l. 2.

In contrahendis matrimoniis *naturale jus & pudor inſpiciendus*, l. 14. §. 2.

Simulatæ nuptiæ *nullius momenti ſunt*, l. 30.

Quæſita dignitas liberis *propter crimen patris auferenda non eſt*, l. 34. §. 3.

Semper in conjunctionibus *non ſolùm quid liceat conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit,* l. 42. pr.

Palam quæſtum facere *dicemus non tantùm eam, quæ in lupanario ſe proſtituit, verùm etiam ſi qua, ut adſolet, in tabernâ cauponariâ vel aliàs pudori ſuo non parcit,* l. 43. pr.

Non eſt ignoſcendum ei, *quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam egit,* l. 43. §. 5.

Factum lex, *non ſententiam notat,* l. 43. §. 12.

Par affectionis cauſa *ſuſpicionem fraudis amovet,* l. 67. §. 1.

patris (*qui fuerat* Baro, *ac crimen admiſerat, quo dignitate exciderat*) non auferebatur, *l. 34. §. 3.* In conjunctione harum perſonarum conſideratum, non quid liceret, ſed quid honeſtum eſſet, *l. 42. pr.* Sponſa illa non equidem in lupanario aut cauponâ ſeſe proſtituerat, ſed tamen aliàs pudori ſuo non pepercerat, *l. 43. pr.* vitamque paupertatis obtentu turpem egerat, *l. 43. §. 3.* Quod factum lex notabat, *l. 43. §. 1.* (f. *ſignificat* factum, l. lex, n. non: *illa leguntur.*) Sed cùm inter illos, ſponſum & ſponſam, eſſet par affectionis cauſa, omnis ſuſpicio inter illos fuit amota, *l. 67. §. 1.* (par aff. cauſa *legitur.*)

3. De jure Dotium.

Reip. intereſt, *mulieres dotes ſalvas habere, propter quas nubere poſſunt,* l. 2.

Profectitia dos eſt, *quæ à patre vel parente profecta eſt de bonis, vel facto ejus,* l. 5. pr.

Jure ſuccurſum eſt patri, *ut filiâ amiſſâ ſolatii loco cederet, ſi redderetur ei dos ab ipſo profecta; ne & filiæ amiſſæ, & pecuniæ damnum ſentiret,* l. 6. pr.

Bono & æquo *non convenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum,* l. 6. §. 2.

Dotis fructus *ad maritum pertinere debere, æquitas ſuggerit. cùm enim & ipſa onera matrimonii ſubeat, æquum eſt, eum etiam fructus percipere,* l. 7. pr.

Ii, qui ex liberalitate *conveniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnandi ſunt,* l. 33.

Ibi dos eſſe debet, *ubi onera matrimonii ſunt,* l. 56. §. 1.

Lege rata *non habetur auctoritas dolo malo facta,* l. 61. pr.

CISTA dotalis (*Germanis* eine Brautkiſte) in quâ dos & jura dotium aſſervantur: quoniam Reip. intereſt, mulieres dotes ſalvas habere, *l. 2.* (dot. ſal. i. e. dotes ſalvæ *legitur.*) Dos in CISTÂ illâ eſt profectitia à patre profecta, *l. 5. pr.* Cui ſolatii loco, amiſsâ deinceps filiâ, dos illa fuit reddita, quæ ab ipſo fuerat profecta, *l. 6. pr.* Qui ita dotem lucrabatur, ſed non cum damno alterius, *l. 6. §. 2.* Interim tamen dotis illius fructus pertinuerat ad maritum, qui ſubierat onera matrimonii, *l. 7. pr. & leg. 56. §. 1.* Deinde ex liberalitate quum conveniretur, in id, quod facere potuit, condemnatus eſt, *l. 33.* (ex liberalit. *legitur.*) Sed auctoritas dolo malo facta lege non fuit rata habita, *l. 61. §. 1.* (ad *malum* eſt *dolo* factus, i. e. *dolus malus*, cujus fracta eſt auctoritas: *in tab. legis* rata *legitur*, i. e. lex rata.)

4. De Pactis Dotalibus.

DOTALIA pacta (*literæ, quibus pacta inſcripta*) impoſita ſunt mercibus pactis ſeu compactis.

5. De Fundo Dotali.

Quem maritus alienare prohibetur, l. 1.

ERADICATÆ & EXCISÆ arbores fundi dotalis, quem maritus alienare non poterat. In eo olivetum ERADICÂRAT & EXCIDERAT, ut novellum reponeret, (*ex leg. 8.*)

DIGEST. LIB. XXIV.

Materiæ DIGEST. LIB. XXIV.

Tituli ſunt circa DEntiſcalpium. Literæ DE, nobis ſignificant 24. Habet hic liber titulos 3. Poſtremus eſt: *Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur:* CAPILLATA & COMATA petit dotem. (1) *Donationes fiunt inter virum & uxorem, quas* (2) *poſt divortium* (3) *mulier cum dote repetit.*

1. De Donationibus inter Virum & Uxorem.

AMANTIUM, VIRI & UXORIS, ſunt illæ *Donationes.* Vir donat ex AFFECTIONE ma-

maritali, *l.32.* §. *13.* uxori torquem AUREUM: & uxor viro togam AURO prætextam ex AMORE honeſto, qui ANIMIS eorum AESTIMABATUR, *l.3.* Præterea neceſſariis oneribus invicem ſuccurrebant, *l.21. pr.* (neceſſ. onerib. *legitur.*) Sed voluntas illorum erat ambulatoria, (*volans anas, i.e.* Voluntas, *ambulat, habet pedes humanos*) quâ de causâ deinde donationes illas revocabant ante mortem, *l.32.*

BEELZEBUB ad DIVORTIUM faciendum incitat & impellit maritum, eique ſuggerit *mentem diverſam*, inſpiratque verba illa: TUAS RES TIBI HABETO. TUAS RES TIBI AGITO. Idem maritus, ante hanc ductam uxorem, ſponſam aliam repudiârat his verbis: CONDITIONE TUA NON UTOR, *l.2.* §. *2.*

CAPILLATA & COMATA mulier ſoluto matrimonio (*Nodus capillorum eſt ſolutus, ipſáq; mulier nudo eſt capillitio; quoniam extra poteſtatem viri: item annulus dotalis, in quo conſiſtunt, fractus ſignificat ſolutum matrimonium*) ſupplex petit à marito dotem, quam ille abiens in marſupio habet. Mulier illa non contradixerat patri, quum marito dotem daret, *l.2.* §. *2.* Qui fructus dotis hactenus perceperat, *l.7.pr.* Volebat ille dotem illam invitâ muliere retinere, *l.25.* §. *1.* Videlicet propter delicta mutua, *l.39.* Et quòd eam alii eſſet reſtituturus, *l.44.* §. 1. Improbat maritus mores mulieris, quos tamen antea ipſe corruperat & probaverat, *l.47.*

Amor honeſtus *ſolis* animis aeſtimandus, l.3.

Non donat, *qui neceſſariis oneribus ſuccurrit*, l.21.pr.

Voluntas hominis *ambulatoria eſt, uſq; ad vitæ ſupremum exitum*, l.32. §.3.

Non coitus *matrimonium facit, ſed maritalis* Affectio, l.32. §.13.

2. De Divortiis & Repudiis.

(*Diſſolvitur matrimonium jam contractum aut naturaliter; morte: aut civiliter; divortio. Contrahendum verò matrimonium dirimitur repudio.*)

Divortium vel à *diverſitate mentium dictum eſt; vel quia in diverſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium.* In repudiis *autem & renunciationibus comprobata ſunt hæc verba*: TUAS RES TIBI HABETO. *item hæc*: TUAS RES TIBI AGITO. in ſponſalibus *hæc verba probata ſunt*: CONDITIONE TUA NON UTOR, l.2. §.2.

3. Soluto Matrimonio quemadmodum Dos petatur.

Filia niſi evidenter contradicat, *videtur* conſentire *patri*, l.2. §.2.

Fructus eſſe conſtat, *qui deductâ impensâ ſuperſunt*, l.7. pr.

Invitis nobis *res noſtras alius retinere non debet*, l.25. §. 1.

Paria delicta *mutuâ penſatione diſſolvuntur*, l.39.

Abſurdè dicitur, *dolo videri eum facere, qui non ipſi, quem convenit, ſed alii reſtituturus petit*, l.44. §. 1.

Cur improbet maritus *mores, quos ipſe aut antè corrupit, aut poſtea probavit*, l.47.

DIGEST. LIB. XXV.

Tituli in EREMO ſunt diſpoſiti. Literæ EE, nobis deſignant 5. Titulos hic liber habet 7. Poſtremus eſt de Concubinis. GRATIOSÆ Concubinæ ſunt in GYNOECEO. In EREMO illâ (1) magnæ fiebant impenſæ in res dotales, (2) quò etiam res amotæ ſunt translatæ, (3) ut iis ibidem agniti alerentur liberi (4) à gravidâ, cujus inſpicitur venter, (5) ne ejus nomine in poſſeſſionem mitteretur (6) calumniæ cauſâ, (7) ſicuti concubinæ. *Materiæ* LIB. XXV. DIGEST.

Ad AGGEREM reficiendum, & flumen avertendum maritus *impenſas fecerat* magnas, adeóque in *rem* ſeu fundum *dotalem*,

1. De Impenſis in res dotales factis.

ex

(Repetitioni dotis opponi ſolet exceptio de impenſis in res dotales.)

Impenſarum quædam *ſunt neceſſariæ, quædam utiles, quædam voluptariæ,* l. 1. pr.

In neceſſariis impenſis *hoc ſciendum eſt, eas demum impenſas dotem imminuere, quæ in dotem factæ ſunt,* l. 1. §. 2.

Impenſæ neceſſariæ *ſunt, quibus non factis dos imminuitur, veluti aggeres facere,* &c. l. 14. pr.

Tueri res dotales *vir ſuo ſumptu debet,* l. 5.

2. De Actione rerum Amotarum.

(Dotis repetitioni ex ſtipulatu obſtat quoq; exceptio rerum ab uxore ſtante matrimonio amotarum. Datur inde Actio (Condictio) *contra uxorem ad reſtitutionem.)*

In honorem matrimonii *turpis actio adverſus uxorem negatur,* l. 2.

Rerum amotarum actio *ob adulterii crimen, quo mulier poſtulata eſt, non differtur,* l. 27.

3. De Agnoſcendis & Alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

(Liberorum etiam ſoluto matrimonio ratio eſt habenda, ut alantur.)

Necare videtur non *tantùm is, qui partum præfocat, ſed & is, qui abjicit, & qui publicis locis miſericordiæ causâ exponit, quam ipſe non habet,* l. 4.

Si quis à liberis *ali deſideret, vel liberi, ut à parente exhibeantur; judex de ea re cognoſcet,* l. 5. pr.

Iniquiſſimum *quis merito dixerit, patrem egere, cùm filius ſit in facultatibus,* l. 5. §. 13.

Parens quamvis *ali à filio ratione naturali debeat, tamen æs alienum ejus non eſſe cogendum exſolvere filium reſcriptum eſt,* l. 5. §. 16.

4. De Inſpiciendo Ventre, cuſtodiendóque partu.

(Si dubitatur, utrùm mulier ex marito, quem habuit, prægnans ſit; obſtetrices ad inſpiciendum ventrem, & cuſtodes ad cuſtodiendum partum adhibendi.)

Partus antequam *edatur, mulieris portio eſt vel viſcerum,* l. 1. §. 1.

Publicè intereſt, *partus non ſubiici; ut ordinum dignitas familiarumq; ſalva ſit,* l. 1. §. 13.

5. Si Ventris Nomine muliere in poſſeſsionem miſsâ eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur.

6. Si Mulier Ventris Nomine in poſſeſsione Calumniæ causâ [illegible] eſſe dicetur.

ex l 14. pr. (*Agger circa Aedificium ruſticum ad avertendum flumen factum eſt, quod aliàs corruiſſet,* l. 1.) Arbores quoque in locum mortuarum repoſuerat maritus, *l. 14.* Impenſæ admodum neceſſariæ fuerant, ac ſimul utiles, ac minimè voluptariæ, *l. 1. pr.* Quare dotem imminuebant, *l. 1. §. 2.* Niſi Agger hic fuiſſet factus, dos admodum fuiſſet imminuta, *l. 14.* Et vir rem hanc dotalem ſuo etiam ſumptu tuebatur, *l. 5.*

Ex Bibliothecâ Biblia & Byssinas mariti veſtes amovet uxor. Rerum igitur Amotarum accuſata fuit à marito, (*mulier illa aufert libros & veſtes, premitur poſt tergum axe: actione*) Atque ita temperata fuit actio furti, quæ reverà ſuberat, in favorem matrimonii, (*ex leg. 1.*) Quoniam turpis actio adverſus uxorem negatur, *l. 2.* (*ad axem legitur* turpis.) Neque illa actio amotarum rerum ob adulterii crimen fuit dilata, *l. 27.*

Constituta ſunt Cibaria bene Condita in menſâ, quibus aluntur agniti *liberi & parentes*; itemque Patronus à Cliente liberto, (*l. 6.*) qui Cibaria adfert. Liberi illi, ut aluntur conſtante matrimonio; ita quoque eo ſoluto illorum ratio habita. Alimonia ſi iis negaretur, viderentur necari, *l. 4.* Hi parentes ad menſam adſidentes poſtmodum ali deſiderârunt à liberis, *l. 4. pr.* Qui erant in facultatibus, *l. 5. §. 13.* Qui tamen ad parentis æs alienum exſolvendum non potuerunt cogi, *l. 5. §. 16.*

Domitiæ gravidæ, (*ex leg. 1. pr.*) quæ in Domo eſt, *ventrem inſpicit* obſtetrix anus, utens perſpicillo, ut cognoſcat, num ſit gravida. Eadem obſtetrix tenet haſtam, ut eâ partum cuſtodiat; qui hactenus, dum in Domitiæ gravidæ utero eſt, mulieris portio eſt, *l. 1. §. 1.* Ne verò alius ſubjiciatur partus, eadem obſtetrix cuſtodiâ ſuâ obſervat, *l. 1. §. 13.*

Extenti ſeu tumidi *ventris nomine* gravida illa mulier Extendit poſſeſſionem dolo malo (*in poſte ſedet,* quem alius conatur auferre, ut *poſſeſſio* ad alium transferatur. *dolo* & *malum* ſignificant *dolum malum.*)

Fingit mulier, ſe eſſe prægnantem calumniæ causâ, atque ita eſt *in poſte,* in quo *ſedet.* (*in poſſeſſione* caput caninum deſignat *calumniam.*)

GAL-

GALLICÆ concubinæ GRATIOSÆ ſunt in GYNOECEO, quod eſt GANEUM, quæ ad vitæ ſocietatem & ſine ritu nuptiarum, ad evitandum majus malum, ibidem eſſe permittuntur, extra legis pœnam, *l. 1. §. 1.* (extra pœnam *legitur* ad tabulam legis.)

7. De Concubinis.

(*Concubinatus, ſecundùm jus civile, eſt licita maris & feminæ conjunctio, vitæ ſocietatem continens, abſq; ritu & jure nuptiarum. Licet res illa ex ſe non ſit bona, nec legitima: attamen ad evitandum majus malum toleratur. Ex concubinatu qui naſcuntur, appellantur naturales.*)

Quia concubinatus *per leges nomen aſſumſit, extra legis pœnam eſt*, l. 3. §. 1.

DIGESTORUM LIB. XXVI.

TItuli exiſtunt in FENESTRA. Nam literæ FE, nobis 26. ſignificant. Libri hujus tituli ſunt 10. Poſtremus eſt *de Suſpectis Tutoribus & Curatoribus.* JACOB JUDÆUS *eſt ſuſpectus Tutor. Ex* FENESTRA *illâ, qui* (1) *ex Tutelâ* (2) *Teſtamentariâ* (3) *confirmati* (4) *&* *legitimi* (5) *erant Tutores,* (6) *petiti, proſpiciunt, ut fideliter Tutelam* (7) *adminiſtrent,* (8) *& cum Auctoritate; ne aliquando* (9) *ex Facto conveniantur à minoribus, ut* (10) *ſuſpecti.* *MAteriæ LIB. XXVI.* DIGEST.

ARGENTEI ſunt Clypei, quibus tutelas, cum à tutando dicantur, deſignamus. Tutores enim hiſce tutantur ex vi & poteſtate eos, qui propter ætatem ſe defendere nequeunt. Ex jure Civili (*l. 1. pr.*) eam poteſtatem habent Tutores, *l. 1. §. 1.* Qui nec muti, nec ſurdi eſſe debent, *l. 1. §. 2.* Sed quos vel lex, vel SCtum, vel princeps, tutores dedit, *l. 6. §. 2.* Quibus interdum adjunguntur curatores, *l. 13. pr.* ARGENTEI ilii clypei (*Tutelæ*) ſunt virorum, *l. 16.* Ad quos geſtandos non admittuntur feminæ, *l. ult.*

1. De Tutelis.

Tutela eſt vis ac poteſtas *in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa*, l. 1. pr.

Tutores ſunt, *qui eam vim ac poteſtatem habent, ex quâ re ipſi nomen ceperunt*, l. 1. §. 1.

Mutus tutor *dari non poteſt*, l. 1. §. 2.

Neque ſurdus *tutor dari poteſt*, ibid.

Tutoris datio *neq; imperii eſt, neq; juriſdictionis: ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel ſenatusconſultum, vel princeps*, l. 6. §. 2.

Solet etiam curator *dari aliquando tutorem habenti, propter adverſam tutoris valetudinem, vel ſenium ætatis; qui magis adminiſtrator rerum, quàm curator eſſe intelligitur*, l. 13. pr.

Tutela plerumque virile officium eſt, l. 16.

Feminæ *tutores dari non poſſunt*, l. ult.

Ex BULLATO clypeo, quo tutela ſignificatur, pendent 7 BULLÆ, ſive 7 ſigilla *Teſtamentaria*, in teſtamentis uſurpata. Nam ex teſtamento tutela (*clypeus iſte Bullatus*) erat data à parentibus, *l. 1. pr.* Si nemo hereditatem adiiſſet, nihil valuiſſet tutela, (*clypeus*) *l. 9.* Clypeus habet BULLAS noviſsimas, *l. 10.* Qui, quoniam expectatur legitima tutela, ceſſat, (*alius clypeus legitimus hoc Bullato obtegitur.*) *l. 11. pr.* Qui ad res vel cauſas non poterat adhiberi, *l. 12.* Sed datus erat perſonis, *l. 14.* Qui tamen non cogebantur ſatisdare, *l. 17. pr*

2. De Teſtamentariâ Tutelâ.

Lege XII. Tab. permiſſum eſt *parentibus, liberis ſuis, ſi modò in poteſtate ſint, tutores teſtamento dare*, l. 1. pr.

Si nemo hereditatem *adierit, nihil valet ex his, quæ teſtamento ſcripta ſunt*, l. 9.

In tutelis teſtamentariis *id ſequimur, quod noviſsimum eſt*, l. 10.

Quamdiu teſtamentaria *tutela ſperatur, legitima ceſſat*, l. 11. pr.

Certarum rerum vel cauſarum *teſtamento tutor dari non poteſt, nec deductis rebus*, l. 12.

Quia perſonæ, *non rei, vel cauſæ, datur*, l. 14.

Teſtamento datos *tutores non eſſe cogendos ſatisdare, rem ſalvam fore, certo certius eſt*, l. 17. pr.

CONFIRMATUR à prætore impoſitione manuum tutor (*cognoſcitur ex clypeo*) &

3. De Confirmando Tutore vel Curatore.

Mulier liberis *non rectè teſtamento tutorem dat. ſed, ſi dederit, decreto prætoris vel proconſulis confirmabitur*, l. 2. pr.

Utilitatem pupillorum *prætor ſequitur, non ſcripturam teſtamenti vel codicillorum*, l 10.

4. De Legitimis Tutoribus.

Legitimæ tutelæ *lege XII. Tab. agnatis delatæ ſunt, & conſanguineis. Item patronis; item iis, qui ad legitimam hereditatem admitti poſſunt*, l. 1. pr.

Inteſtato parente mortuo *agnatis defertur tutela. Inteſtatus autem videtur non tantùm is, qui teſtamentum non fecit, ſed & is, qui teſtamento liberis ſuis tutores non dedit. quantum enim ad tutelam pertinet, inteſtatus eſt*, l. 6.

5. De Tutoribus & Curatoribus datis ab his, qui jus dandi habent: & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.

(*Si agnati deficiunt, magiſtratus eſt, pupillo de tutore proſpicere.*)

Jus dandi tutores *datum eſt omnibus magiſtratibus municipalibus*, l. 3.

Prætor ipſe *ſe tutorem dare non poteſt*, l. 4.

Non eſt novum *quosdam*, (prodigos) *etſi mentis ſuæ videbuntur ex ſermonibus compotes eſſe, tamen ſic tractare bona ad ſe pertinentia, ut, niſi ſubveniatur his, deducantur in* Egeſtatem. *Eligendus itaq; erit, qui eos conſilio regat: nam æquum eſt, proſpicere nos etiam eis, qui, quod ad bona ipſorum pertinet, furioſum faciunt exitum*, l. 12. in fine.

Curatorem habenti *quò minùs alius curator detur, regula juris non eſt impedimento*, l. 20 §. 1.

6. Qui petant Tutores vel curatores, & ubi petantur.

(*Tutores vel curatores poſſunt petere & mater, propinqui, affines, amici, educatores, acturi, liberti.*)

7. De Adminiſtratione & periculo Tutorum & curatorum, qui geſſerint, vel non: & de agentibus, vel conveniendis, uno vel pluribus.

(*In adminiſtratione tutelæ dolus & levis culpa* Tutoribus *eſt præſtanda, ut diligenti patrifamilias, ſive plures ſint, ſive unus.*)

Faciliùs unus tutor *& actiones exercet, & excipit: ne per multos tutela ſpargatur*, l. 3. §. 6.

Videtur geſſiſſe, *qui per alium geſſit*, l. 5. §. 3.

Nemo jus publicum *remittere poteſt cautionibus. nec mutare formam antiquitus conſtitutam*, l. 5. §. 7.

Tutor, qui repertorium *non fecit, quod vulgò inventarium adpellatur, dolo feciſſe videtur*, l. 7. pr.

Si tutor ceſſaverit *in diſtractione earum rerum, quæ tempore depereunt, ſuum periculū facit*, l. 7. §. 1.

Tutor non rebus *duntaxat, ſed & moribus pupilli præponitur. inprimis mercedes præceptoribus, non quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonii, pro dignitate natalium, conſtituet*, l. 12. §. 3.

Privilegium militum *ad alienam injuriam porrigi non oportet*, l. 40.

Curator, (*deſignatur clavibus*) nam fuerant à muliere teſtamento dati; *l. 2. pr.* Qui prætor ſequitur utilitatem pupillorum, non ſcripturam teſtamenti, *l. 10.*

Doctam Legem (*tabula legis*) tenent Duo Docti Tutores, qui eâ de causâ dicuntur *legitimi*; videlicet à *lege*, (*L. in tabulâ legis*) ſunt enim agnati, *l. 1. pr.* Nam parente mortuo inteſtato delata fuerat illa legitima tabula & Clypeus, quem tenent, his tutoribus, *l. 6.*

Eminens Magiſtratus Eligit *Tutores & Curatores*, quoniam jus dandi habet. (*jactat Clypeum, qui tutelam deſignant; & claves, quibus notamus* curatores.) Jus ille habet Eligendi tutores his pupillis & minoribus, qui adſtant. (*ex l. 4.*) Nam agnati defecerant. Idem magiſtratus Eligebat prodigo curatorem, ne in Egeſtatem deduceretur, *l. 12. in fine.* Atque etiam habenti curatorem dabat curatorem, *l. 20 §. 1.*

Fida mater & Fidus propinquus ſupplices petunt his pupillis & minoribus Tutores & curatores (*clypeum* & *claves* tenet magiſtratus, quibus notamus *tutelam* & *curatelam*; ut illis conſtituat *tutores* & *curatores.*)

Granarium, in quo Grana adminiſtrat, & Gerit tutelam, non ut diligens paterfamilias. nam non ſolùm in Granis, quæ in Granario ſunt, vendendis ceſſaverat, donec putreſcerent; ſed & Gramen ad Granarium ceſſaverat metere, donec flacceſceret & periret, (*ex leg. 7. §. 1.*) (*Ad Gramen conſiſtit Tutor, idemq; Curator; clypeum & claves habens.*) Ille unus actiones exercebat, ne per multos tutela ſpargeretur, *l. 3. §. 6.* (*unus ille tenet clypeum.*) Quanquam nonnihil quoque per alium gereret, *l. 5. § 3.* Sed jus publicum non poterat remittere, neque formam antiquitus conſtitutam mutare *l. 5. §. 7.* dolo (*dolonem tenet*) non fecerat repertorium, *l. 7. pr.* Quum tamen non tantùm rebus, ſed etiam moribus pupilli eſſet præpoſitus; Mercedes quoque præceptoribus conſtituerat minimas, neque pro dignitate, *l. 12. §. 3.* Privilegium militum ad alienam injuriam porrigere volebat, *l. 40.* Atque præterea ex tute-

tutelâ lucrum facere, *l. 58. pr.* Quod impunè admiſſum, ſi per furorem illius accidiſſet, *l. 61. in fine.*

HÆREDIUM ſeu prædium illud *Auctoritate & Conſenſu* Tutoris (*geſtat clypeum*) adit pupillus. Ita equidem Tutor auctor erat, ſed non in rem ſuam, *l. 1. pr.* Neque (*in rem ſuam auctor* legitur) ipſi eo auctore obligari poterat pupillus, *l. 5. pr.* At ſine tutoris auctoritate ex nullo contractu obligabatur: Poterat tamen ſine tutoris auctoritate ſtipulando, & accipiendo, aliquid acquirere, *l. 9. pr.* Sed ſolvendo ſine tutoris auctoritate nihil egit, *l. 9. §. 2.*

INFANS INSTITUIT actionem utilem ex facto tutoris, (*coram tutore agit Infans*) cui dolus tutoris neq; nocebat, neq; proderat, *l. 3.* (*dolo fractus adjacens non nocebat.*) Nihilominus tamen Tutor defendebat Infantem illum, *l. 7.* (*Tutor illum clypeo ſuo protegit.*)

JACOB JUDÆUS eſt ſuſpectus Tutor & Curator, (*clypeum habet & claves*) quia non ex fide Chriſtianâ tutelam & curationem (*clypeum & claves*) gerit; eſt enim Judæus; & talis moribus ſuis, (*ex l. 8.*) Clavibus illis recludebat vincula illa, quibus in dignitate conſtituti non debebant contineri, *l. 3. §. 16.* Iſte JUDÆUS non propterea fuit ſuſpectus, quia nihil egerat; ſed ob ignaviam, & negligentiam, & dolum deinde fuit remotus, *l. 4. §. 4.* Licèt verò fuiſſet pauper; ſed tamen fidelis, i. e. Chriſtianus, & diligens; non fuiſſet ſuſpectus, *l. 8.*

Lucrum ex tutelâ *tutor facere non debet*, l. 58. pr.

Impunè puto admittendum, *quod per furorem alicujus accidit*, l. 61. in fine.

8 De Auctoritate & Conſenſu Tutorum & Curatorum.

Regula eſt juris Civilis: *in rem ſuam auctorem tutorem fieri non poſſe*, l. 1. pr.

Pupillus obligari *tutori eo auctore non poteſt*, l. 5. pr.

Obligari ex omni contractu *pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt. adquirere autem ſibi ſtipulando, & per traditionem accipiendo, etiam ſine tutoris auctoritate, poteſt*, l. 9. pr.

Pupillus ex omnibus cauſis *ſolvendo ſine tutoris auctoritate, nihil agit: quia nullum dominium transferre poteſt*, l. 9. §. 2.

9 Quando ex facto Tutoris vel Curatoris minores agere vel conveniri poſſunt.

Dolus tutorum *puero* (pupillo) *neq; nocere, neq; prodeſſe debet*, l. 3.

Tutori, qui Infantem *defendit, ſuccurritur, ut in pupillum judicati actio detur*, l. 7.

10 De Suſpectis Tutoribus & Curatoribus.

(*Sunt ſuſpecti, qui non ex fide gerunt; aut moribus tales exiſtunt, ut ſuſpecti habeantur.*)

Eos, qui ſunt in aliquâ dignitate poſiti, *non opinor vinculis publicis contineri oportere*, l. 3. §. 16.

Qui nihil geſſerunt, *non poſſunt ſuſpecti poſtulari. Verùm ob ignaviam, vel negligentiam, vel dolum, ſi dolo fecerint, poſſunt removeri*, l. 4. §. 4.

Suſpectum tutorem *eum putamus, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit. enimverò tutor, quamvis pauper eſt, fidelis tamen & diligens, removendus non eſt, quaſi ſuſpectus*, l. 8.

DIGEST. LIB. XXVII.

Tituli collocati ſunt circa GERMEN. Nam literæ GE, nobis deſignant 27. Tituli hoc libro continentur 10. Poſtremus eſt *De Curatoribus Furioſo & aliis extra minores dandis. Jaccho furit, Jacchumq; effundit furioſus, cui eâ de cauſâ curator additus. Hujus libri tituli in Germine ſunt poſiti: quoniam continet Germinis in familiâ, i. e. pupilli, Actiones, Res & Negotia à Tutoribus geſta.* Materia L. XXVII. DIGEST.

ATHLETA (*ex leg. 6. §. 3.*) excuſatur à tutelâ & curâ, (*clypeum, qui tutelam ſignificat, & claves, quibus curationem denotamus, projecit.*) LXX. annos exceſsit, *l. 2. pr.* Multosque habet liberos, *l. 2. §. 2.* (*multi libri denotant*

1. De Excuſationibus.

A tutelâ & curâ *excuſantur, qui ſeptuaginta annos exceſſerunt*, l. 2. pr.

Liberorum quoque multitudo *à tutelâ & curâ excuſat*, l. 2. §. 2.

Tria onera tutelarum *dant excuſationem*, l. 2. §. 9. & l. 3.

Philoſophi, Oratores, Grammatici, *qui publicè juvenibus proſunt, excuſantur à tutelis*, l. 6. §. 6.

A thletæ habent *à tutela excuſationem*, l. 6. §. 13.

Paupertas *dat excuſationem*, l. 7.

Tutela non eſt reip. munus; *ſed civile*, l. 6. §. 15.

Siquis ſe dicit ibi *domicilium non habere, ubi ad tutelam datus eſt*, (*excuſatur*.) l. ult. §. ult.

2 Ubi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis.

Solet prætor frequentiſſimè adiri, *ut conſtituat, ubi filii vel alantur, vel morentur: non tantùm in poſthumis, verùm omnino in pueris*, l. 1. pr.

3 De Tutelæ, & Rationibus diſtrahendis, & utili C urationis C auſâ actione.

De omnibus, quæ fecit tutor, *cum facere non deberet; item de iis, quæ non fecit, rationem reddet hoc judicio: præſtando dolum, & culpam, & quantam in ſuis rebus diligentiam*, l. 1. pr.

Nulla ſocietas maleficiorum, *vel communicatio juſta damni ex maleficio eſt*, l. 1. §. 14. (*nulla*: O ſignat *null*: *ſocietas ex maleficio* legitur.)

Unusquiſque doli *ſui pœnam ſufferat*, l. 15.

4 De Contrariâ Tutelæ & Utili Actione.

(*Contrarias habent tutores vel curatores adverſus pupillos vel adoleſcentes actiones; ad recipiendas impenſas utiliter & neceſſariò factas*.)

In hoc non adminiſtratur *tutelæ, ut mergantur pupilli*, l. 3.

5 De Eò, qui pro Tutore, próve Curatore negotia geſsit.

(*Dantur etiam actiones adverſus extraneos, & alios, qui pro tutore vel curatore negotia geſſerunt*.)

6 Quod F alſo Tutore auctore geſtum eſſe dicatur.

(*Contra* F *alſum tutorem, qui* F *alsò, dolo malo, tutelam adminiſtrat, datur Actio Reſtitutoria ei, qui cum pupillo,* F alſo *tutore auctore, contraxit, contra* F *alſum tutorem, ad perſequendum id, quod intereſt*, ex l. 1. pr. l. 7. pr. & §. 1.)

Hujus edicti æquitas *non eſt ambigua: ne contrahentes decipiantur, dum* F alſus *tutor adhibetur*, l. 1. pr.

Noviſſimè ait prætor: *In eum, qui, cùm tutor non eſſet, dolo malo auctor factus eſſe dicetur, judicium dabo: ut, quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnetur*, l. 7. pr.

7 De Fidejuſſoribus, & Nominatoribus, & Heredibus Tutorum & Curatorum.

(*Ex obligatione ad factum alienum extra ordi-*

nobis liberos.) Habebat jam tria onera tutelarum, *l. 3.* (*portat in ſarcinâ tres clypeos* i. e. *trium tutelarum onera*.) Erat Philoſophus, Orator & Grammaticus. (*uno libro continetur Philoſophia; altero Oratoria; tertio Grammatica*.) Excuſatus fuit A THLETA, quia pauper, *l. 7.* Et quoniam tutela non eſt reip. munus, *l. 6. §. 15.* Præterea domicilium ibi non habebat, ubi ad tutelam fuerat datus, *l. ult. §. ult.*

B UCELLARIUS hic pupillum (*puerum*) educat, eique B UCELLATUM ſeu B ISCOCTUM panem tradit, eóque alimenta ei præſtat.

C URATIONIS C AUSÂ C APSULA C HIRURGI tutoris clypeo impoſita eſt; ad quam, & ex quâ tutelæ rationes erat redditurus C hirurgus. (*Tabula, in quâ numeri, denotat rationes, clypeus tutelam, & Chirurgi Capſula curationem*.) Tabulis illis continentur rationes omnium, quæ tutor fecerat, *l. 1. pr.* Qui ex maleficio fecerat damnum, *l. 1. §. 14.* Ipſéque doli ſui pœnam ſufferebat, *l. 15.*

D EBITA SUA exigit tutor à pupillo *Contrariâ Tutelæ Actione*. (in *clypeo* conſiſtens tutor *axe*, i. e. actione, agit contra pupillum, qui tutori in ſchedulâ D EBITUM offert.) Tutor ille D EBITA ſua exigit, non tamen inſtituit pupillum mergere, *l. 3.*

E MANCIPATUS E PISTATES pro *Tutore & Curatore* volebat *negotia gerere*; adeóque volebat eſſe E PISTATES. (ante *clypeum & claves*, quæ ſunt tutoris & curatoris ſigna, ambulat, gerens *ſchedulas*, quibus *negotia gerit*.)

F ALSUS iſte larvatus tutor, qui clypeum F ALSUM habet in ſarcinâ, tutelam & negotia F ALSÒ geſſerat, & dolo malo adminiſtrârat tutelam. Hinc Actio dabatur Reſtitutoria ei, qui cum pupillo hoc, F ALSO tutore auctore, contraxerat. Quod æquum, ne contrahentes F ALSO tutore auctore deciperentur, *l. 1. pr.* Et in iſtum judicium datum, quanti ea res fuerat, *l. 7. pr.*

G ERMANORUM unus (*ex habitu cognoſcuntur*) eſt *Fidejuſſor*, (*fides ex eo pendent, quibus obligatus eſt*) alter eſt *Nominator*, tenens tabellam, cui illorum tutorum nomina ſunt inſcri-

ſcripta, quos nominârat. Eorum heredes (*minores* G *ERMANI*) ſequuntur: quoniam & contra hos poteſt inſtitui actio.

H ERES magiſtratus (*ex eo* H *ÆRENT inſignia magiſtratus, nempe faſces: idemq; habet pileum conſularem à patre prætore ſeu conſule* H *EREDITATE acceptum*) is ab altero convenitur. Sed ille, quoniam non ipſe erat magiſtratus, ſed illius H eres, ſe iſtâ actione non teneri reſpondet.

I NDEMNITATI pupilli, qui ſub *clypeo* (*tutelâ*) eſt, ita proſpectum, ut ne res ejus (*prædium iſtud*) alienentur ſine decreto. I NDEMNIS igitur erat ſub tali clypeo. Nam, ſi tutor aut adminiſtrator rerum pupilli aliud feciſſet, quàm quod à prætore decretum, nihil egiſſet, *l. 7. §. 3.* (*nihil agit*, legitur.)

IA CCHO i. e. vino *furioſus* eſt, ejusque caput furore inflammatum, IA CCHUMQUE i. e. vinum effundit: hâc de causâ adhibitus curator *claves* geſtat.

nem datur Actio contra fidejuſſores, qui promittunt rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore; & nominatores, qui idoneos non nominârunt; eorumq; heredes, ad id omne, quod ratione geſtæ tutelæ in hujus actione venit.)

8. De Magiſtratibus conveniendis.

(*Datur deniq; in ſubſidium, ſi tutores aut curatores non ſunt ſolvendo, Actio in magiſtratus, qui vel nullos, vel minùs idoneos tutores dederunt, aut cautionem non exegerunt.*)

Non ſimiliter *tenentur heredes magiſtratuum, ut ipſi tenentur*, l. 4.

9. De Rebus eorum, qui ſub Tutelâ vel Curâ ſunt, ſine decreto non alienandis ve ſupponendis.

(*Res pupillorum, ſi absq; causâ neceſſariâ, contra prohibitionem legis, & ſine decreto, per adminiſtratores alienatæ vel diſtractæ, à quibuscunq; poſſeſſoribus, etiam ſine pretii reſtitutione, rectè vindicantur.*)

Mea fert opinio, eum, *qui aliud fecit, quàm quod à prætore decretum eſt, nihil egiſſe*, l. 7. §. 3.

10. De Curatoribus Furioſo & aliis extra minores dandis.

(*Ordinariè curatio puberum ultra 25. annum ætatis non extenditur: niſi ſint furioſi, prodigi, laborentvé mentis vitio, &c: His, licet majores ſint, ad exemplum tamen curationis ordinariæ curatores dantur.*)

DIGEST. LIB. XXVIII.

TItuli exhibentur in HE XAGONO. Etenim literæ HE, deſignant 28. Tituli hujus libri ſunt 8. Poſtremus eſt, De jure deliberandi. HA BILE eſt H OROLOGIUM, quod denunciat tempus, intra quod deliberat Heres, de adeundâ hereditate. Materiæ ad teſtamenti factionem pertinentes ſunt in HE XAGONO; quod faciliùs movetur & vertitur, quàm Cubus. Nam illa de teſtamentis materia multis modis in controverſiam venit. In HExagono illo iſte (1) Alienatæ mentis fecerat teſtamentum (2) Binis liberis & poſthumis ſuis; (3) Sed Injuſtum & Irritum factum fuit hoc teſtamentum, (4) quoniam nonnulla in eo fuerant Deleta, (5) in iis, quæ pertinent ad Heredes Inſtituendos (6) & Subſtituendos, (7) itemque ad conditiones (8) deliberandi. *Materiæ DIGEST. L. XXVIII.*

A LIENATÆ mentis iſte eſt, qui proinde teſtamentum non poteſt facere. (*Teſta* in tabulis teſtamenti nobis notat *teſtamentum*. Sed *duo* tantùm habet *ſigna* ſeu *ſigilla*: non enim, quoniam A LIENATÆ mentis erat, *teſtamen-*

1. Qui teſtamenta facere poſſunt: & quemadmodum Teſtamenta fiant.

Teſtamentum eſt *voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit*, l. 1. *tum*

In eo, qui teſtatur, *ejus temporis, quo teſtamentum facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt*, l. 2.

Teſtamenti factio *non privati, ſed publici juris eſt*, l. 3.

Surdus & mutus *teſtamentum facere non poſſunt*, l. 6. §. 1.

Sicui Aquâ & igni *interdictum ſit, ejus nec illud teſtamentum valet, quod antè fecit; nec id, quod poſtea fecerit*, l. 8. §. 1.

Siquis ob famoſum carmen *damnetur, ſenatusconſulto expreſſum eſt, ut inteſtabilis ſit. ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi*, l. 18. §. 1.

Heredes palam, *ita ut exaudiri poßint, ſunt nuncupandi*, l. 21. pr.

2. De Liberis & Poſthumis Heredibus Inſtituendis, vel Exheredandis.

In ſuis heredibus *evidentiùs apparet, continuationem dominii eò rem perducere, ut nulla videatur hereditas fuiſſe; quaſi olim hi domini eſſent, qui etiam vivo patre quodammodo domini exiſtimantur. unde etiam filiusfamilias appellatur, ſicut paterfamilias*, l. 11.

Filio, qui in poteſtate eſt, *præterito; inutile eſt teſtamentum*, l. 30.

3. De Injuſto, Rupto, Irrito facto teſtamento.

(*Vitioſum teſtamentum eſt, quod ab initio non jure factum, ſeu in quo ſolennia deſunt. quod poſteriori teſtamento, vel agnatione, vel quaſi agnatione ſui heredis rumpitur. quod capitis deminutione teſtatoris, vel hereditate deſertâ irritum fit.*)

Licet ſubtilitas juris *refragari videtur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuenda*, l. 17.

4. De his, quæ in teſtamento Delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

Quæ in teſtamento legi poſſunt, *ea inconſultò deleta & inducta, nihilominus valent: conſultò, non valent. id verò, quod non juſſu domini ſcriptum, inductum, deletumve eſt, pro nihilo eſt*, l. 1. pr.

In re dubiâ *benigniorem interpretationem ſequi, non minus juſtius eſt, quàm tutius eſt*, l. 3.

5. De Heredibus Inſtituendis.

Qui teſtatur, *ab heredis inſtitutione plerumq; debet initium facere teſtamenti. licet etiam ab* Exheredatione, *quam nominatim facit*, l. 1. pr.

Veteres decreverunt, *teſtamentorum jura ipſa per ſe firma eſſe oportere; non ex alieno arbitrio pendere*, l. 32. pr.

Quædam in teſtamentis *ſi exprimantur, ef-*

tum potuit facere, quod valeret.) Non enim juſtam ſuæ voluntatis potuit edere ſententiam, *l. 1.* Quoniam integritas mentis in eo, qui teſtamentum facit, exigitur, *l. 2.* Neque per mentis ſuæ infirmitatem jus publicum (quod *eſt in* paropſide, *publ.* legitur *ad* paropſidem, in quâ eſt *jus* ſeu *juſculum*) percipiebat, *l. 3.* Erat præterea ſurdus & mutus, *l. 6. §. 1.* Eique fuerat Aquâ & igni interdictum, *l. 8. §. 1.* (*aquam effundit.*) Eratque inteſtabilis ob famoſum carmen, *l. 18. §. 1.* (*fragmenta teſtæ*, ex quibus teſta non poteſt refici: *famoſum carmen* deſignat etiam *charta*, cui teſtamentum inſcribere voluerat: ſed poſtea *famoſum* in eâ conſcripſit *carmen*.) Neque, quod mutus eſſet, heredem, ut exaudiri poſſet, palam nuncupare valuit.

Bini iſti Bimuli *liberi*, quorum alter eſt *poſthumus*, Heredes Inſtituuntur iſtius heredii ſeu prædii, à patre, ut ejus dominium in iis continuetur, *l. 11.* Sunt in poteſtate patris, (*ſignificatur* virgâ *ſeu* ferulâ) qui eos propterea non poteſt præterire, *l. 30.* (*inſtituit eos ſeu* erudit; *ex iis pendent* domus hereditariæ; *quibus* heredes *denotamus.*)

Conceptus in utero rumpit teſtamentum, *ex leg. 6. §. 1. & 2.* (*infans in* UTERO *ex unâ parte rumpit & diſcerpit tabulam teſtamenti; ex alterâ parte* manus *rumpit, quæ à bilance injuſta eſt; inæquales habet lances.*) Rumpit quoque teſtamentum *vir jacens capite deminutus.* Subtile juſculum eſt in paropſide, ad quam *ſubtil.* legitur, *l. 17.*

Deleta quædam ſunt, quædam inducta, aliáque inſcripta in teſtamento illo, (*tabulâ, in quâ teſta & ſigilla ſeptem.*) Ea in his valent, quæ inconſultò erant inducta: ſed quæ conſultò inducta ſunt, non valent. Attamen in re dubiâ benigniorem ſequebantur interpretationem, *l. 3.*

Expreſſus eſt heres, quem complexum brachio Exprimit (*heres eſt, ex quo hærent domus hereditariæ.*) Ab inſtitutione hujus heredis initium teſtamenti fecerat. (*inſt.* legitur initio tabulæ.) Potuiſſet quoque ab Exheredatione alterius adſtantis heredis nominatim initium facere, *l. 1. pr.* Jura hujus teſtamenti per ſe ſunt firma, neque pen-

pendent ex alieno arbitrio, *l. 32. pr.* (*firm.* legitur.) Quædam verò in illo teſtamento nullum habent effectum, quæ verbis teguntur, *l. 68.* (*effect. nullum* ſignificatur o ſeu *nullo Arithmetico.*)

FILA illa ſunt *vulgaria*: Vulgus igitur FILIS illis (FILIO) rejectis etiam pupillo ſubſtituto alium hunc pupum ſubſtituit. Inſtitutus erat FILIUS primo gradu, cui primùm ex *vulgo* quis fuerat ſubſtitutus *vulgariter*; & deinde pupillo ſecundo gradu *pupillariter*, & tertio etiam gradu pupus iſte pupillo item fuit ſubſtitutus. Subſtituti illi fuerunt FILIO heredi inſtituto, (*ex l. 2. §. 3.*) Etenim ſine heredis inſtitutione nihil valuiſſet teſtamentum, *l. 1. §. 1.* Improbus autem iſte FILIUS fuerat ſollicitus de vivi parentis hereditate, *l. 2. §. 2.* Sed beneficia principalia, quibus FILIUS iſte cupiebat FRUI, ipſi principes interpretabantur aliter, atq; FILIO erat commodum, *l. 43. pr.*

GENERALIS tenet duos lituos, qui figurâ ſuâ formant GENERALEM particulam Conditionalem SI. Hanc ut rectè obſervet diſcens adoleſcens, inſtituit eum GENERALIS iſte. (*condita in pixide* ſignif. *conditionem*, quæ *condita* arbitrio teſtatoris ita erant facta.) Non igitur erat defectus conditorum, (*conditionis*) *l. 8. §. 7.* (*non parere* legitur) Illa condita (*conditio*) in præteritum non conferuntur, *l. 10. in fine.* Inprimis verò GENERALIS ille hunc adoleſcentem inſtituerat & docuerat GENERALEM illam conditionem, de pietate, exiſtimatione, verecundiâ & honeſtate; quam ille ex libro recitat, *l. 15. in fine.*

HABILE eſt HOROLOGIUM hoc, ad quod heres reſpicit & deliberat, num illam hereditatem (*prædium*) petere & adire velit, necne.

fectum nullum habent: quando, ſi verbis tegantur, eandem ſignificationem habeant, quam haberent expreſſa; & momentum aliquod habebunt, l. 68.

6 De Vulgari & Pupillari Subſtitutione.

Heredes aut inſtituti *dicuntur, aut ſubſtituti. inſtituti primo gradu: ſubſtituti, ſecundo vel tertio*, l. 1. pr.

Subſtituere liberis *tam heredibus inſtitutis, quàm exheredatis poſſumus. & tam eum, quem heredem nobis inſtituimus, quam alterum. Subſtituere liberis pater non poteſt, niſi ſi heredem ſibi inſtituerit. nam ſine heredis inſtitutione nihil in teſtamento ſcriptum valet*, l. 1. §. 1.

Improbus is eſt, *qui ſollicitus eſt de vivi hereditate*, l. 2. §. 2.

Beneficia principalia *ipſi principes ſolent interpretari*, l. 43. pr.

7. De Conditionibus Inſtitutionum.

(*Inſtitutio heredis vel eſt pura; vel conditionalis, cui nonnunquam conditio arbitrio teſtatoris adſcribitur.*)

Non videtur *defectus conditione, ſi parere conditioni non poteſt*, l. 8. §. 7.

Nulla eſt conditio, *quæ in præteritum confertur, vel quæ in præſens*, l. 10. in fine.

Quæ facta lædunt *pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, &, ut* Generaliter *dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt*, l. 15. in fine.

8. De Jure Deliberandi.

(*Inſtitutis heredibus, jus deliberandi eis permiſſum eſt ad certum tempus.*)

DIGEST. LIB. XXIX.

Titulos exhibet IMBREX. Sunt in eo libro tituli 7. Poſtremus eſt *de jure Codicillorum.* IMBREX eſt, cui (1) miles in expeditione, aliâ materiâ deſtitutus, *teſtamentum* inſcripſerat *ad* (2) *Buſtum*, ſed ejus *hereditas omiſſa*, (3) cùm fuiſſet *inſpectum teſtamentum* in IMBRICE conſcriptum. (4) *Dimiſſâ tamen cauſâ teſtamenti iſte volebat ab inteſtato ſuccedere*, (5) propter S. C. *Silanianum*, (6) & quod miles iſte *coactus teſtari* (7) *& codicillos facere.* *Materiæ* LIB. XXIX. DIGEST.

ARROGANS & ARMATUS miles, qui

1. De Teſtamento Militis.

ARRO-

(*Miles poteſt teſtamentum facere citra juris ſolennitatem, jure ſingulari.*)

Faciant (*milites*) teſtamenta, *quoquo modo volent*, l. 1.

Non credendus eſt *quisquam genus teſtandi eligere ad impugnanda ſua judicia*, l. 3.

Jure militari ſurdus & mutus *teſtamentum facere poteſt*, &c: l. 4.

Ex militari delicto capite damnatis *teſtamentum facere licet ſuper bonis duntaxat caſtrenſibus*, l. 11. pr.

Si miles convocatis *ad hoc hominibus*, *ut voluntatem ſuam teſtaretur*, *ita locutus eſt*, *ut declararet*, *quem vellet ſibi eſſe heredem*, *poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus*, l. 24.

ARROGAVERAT ſibi filium, (*ex l. 8.*) peſſundat & confringit teſtam ſolennem, projecto etiam annulo, i. e. *in hoc negotio ſolennitates juris nihil curat.* Habet aliud teſtamentum (*tabulam, in quâ teſta*) in expeditione(ARMATUS) ſine ſolennitatibus (*tria tantum ibi ſunt ſigilla*) factum. Poterat enim teſtamentum facere quomodocunq; vellet, *l. 1.* Non tamen genus teſtamenti eligebat, ad impugnandum ſuum judicium, *l. 3.* Feceratq; teſtamentum, licet mutus & ſurdus eſſet, *l. 4.* Militari delicto capite damnatus hoc fecerat teſtamentum de bonis caſtrenſibus, *l. 11. pr.* Convocatis ad hoc hominibus, ut voluntatem ſuam teſtaretur, *l. 24.*

2. De Acquirendâ vel Omittendâ Hereditate.

(*Heres extraneus inſtitutus, re deliberatâ, ſi adeat hereditatem, eam acquirit; ſi omittat vel repudiet, eam amittit.*)

Plus eſt in opinione, *quàm in veritate*, l. 15.

Qui in ſepulchrum hereditarium *mortuum intulit*, *obligari paternis creditoribus non eſt exiſtimandus*, l. 20. §. 1.

Furioſi voluntas *nulla eſt*, l. 47.

Gerit pro herede, *qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attingat hereditarium*, l. 88.

Si is, qui Bonis paternis *ſe abſtinuit*, *per ſuppoſitam perſonam emptoris*, Bona *patris mercatus probatur*: *perinde eum conveniri oportere à creditoribus*, *atq; ſi* Bonis *paternis ſe immiſcuiſſet*, l. 91.

Qui ſuperſtitis Bona *repudiat*, *poſt mortem ejus adire hereditatem*, *item* Bonorum *poſſeſſionem petere non prohibetur*, l. 94.

BUSTUM ſeu ſepulchrum, ad quod alius accedit, BONORUM ſeu acquirendæ hereditatis ergo; alius abit, ejus omittendæ causâ. Accedens verò reperit, plus fuiſſe in opinione hereditatis, quàm in BONORUM veritate, *l. 15.* Alter ille recedens in ſepulchrum hereditarium mortuum intulerat; neque eâ decausâ obligatus fuit creditoribus paternis, *l. 20. §. 1.* Subinde furore corripiebatur, ac tum ejus voluntas erat nulla, (*volans anas:* voluntas: ad quam o i. e. *nullum Arithmeticum*) *l. 47.* Animo agnoverat hereditatem, *l. 88.* Seque abſtinuerat BONIS paternis: ſed tamen per ſuppoſitam perſonam emptoris BONA patris poſtmodum mercatus eſt. Proinde conveverunt illum creditores, ac ſi BONIS paternis ſe immiſcuiſſet, *l. 91.* Alter verò, qui ad BUSTUM accedit, ſuperſtitis BONA repudiârat: poſt mortem verò illius jam adit hereditatem (*adit ad ſepulchrum*) & BONORUM poſſeſſionem petit, *l. 94.*

3. Teſtamenta quemadmodum Aperiantur, Inſpiciantur & Deſcribantur.

Omnibus, quicunq; deſiderant *tabulas teſtamenti inſpicere, vel etiam deſcribere, inſpiciendi, deſcribendiq; poteſtatem facturum ſe prætor pollicetur*, l. 1. pr.

(*Legitimè jubente prætore poſt recognita ſigilla teſtamentum aperitur, inſpicitur, & deſcribendi poteſtas iis, ad quos ea res pertinet, datur.*)

Iniquum eſt, *damnoſum cuiq; eſſe officium ſuum*, l. 7.

CLAUSÆ per appenſam ſeram tabulæ teſtamenti, (*in quibus teſta.*) In his ſeptem ſigilla demum aperiuntur per clavem adpoſitam, atque ita demum inſpiciuntur & deſcribuntur ab iis, qui deſiderant, & quibus prætor pollicitus, *l. 1. pr.* Quod officium prætori non erat damnoſum, *l. 7.*

4. Si quis Omiſsâ Causâ Teſtamenti ab Inteſtato, vel alio modo poſſideat hereditatem.

(*Si quis aperto teſtamento videns ſe legatis gravari, omiſſâ teſtamenti causâ, ab inteſtato, vel alio modo, hereditatem poſſidere malit; prætor contra*

DIMISSA causâ teſtamenti (*rejicit tabulas teſtamenti, in quibus teſta*) heres, cùm videret ſe legatis gravari, ab inteſtato poſsidere mavult hereditatem, (*in poſte ſedet; ad eum ſunt legata, vaſa aurea & argentea, quæ retinet.*) Sed à prætore juſſus eſt legata iſta reſtituere lega-

legatariis, *l. 12.* §. *1.* (*Vaſa illa argentea & aurea demum reſtituit.*)

EDICTUM quidam ex Satyris Silenus (*Silanianus claudus*) affigit, quo SCtum continetur Silanianum & Claudianum, de eo herede, qui, teſtatore per vim & clam occiſo, teſtamentum aperire, & hereditatem adire conatur, ante habitam quæſtionem, & ſupplicium de interfectore ſumptum. Vir & uxor habebant unam domum communemq; familiam, in quâ (*domo illâ exiguâ*) occiſi vir & uxor, quibus illa eſt una & communis. Ex hoc EDICTO igitur publica quæſtio quoad omnem inquiſitionem in ſervos habita, præcipuè, quoniam non ita EXCLAMASSENT, ut potuiſſent EXAUDIRI, (*ex l. 1.* §. *27.*) Impuberum tamen ætas, & qui EXIGUIORIS vocis ſunt, merentur excuſationem, *l. 1.* §. *32.* Qui ferulâ cædebantur, *l. 1.* §. *33.*

FUR iſte FRATER FRATREM ſuum ægrotum teſtari vi prohibet, eique pugione minitatur mortem. Quod FRATRIS FACTUM FRATRI hactenus non nocebat; dummodo tantùm minitatur, *l. 2.* §. *1.*

GLOSSEMATA ſecundum Quintilianum ſunt voces minus uſitatæ: ita quoq; Codicilli ſunt minus uſitati; ac ſæpè indigent GLOSSA. *Libra* ſeu bilanx ſignificat *jus*. Quinque ſigilla apparent in tabulâ codicillorum.

hunc pollicetur actionem, perinde ac ſi ex teſtamento hereditatem adiiſſet, utilem ex teſtamento, vel prætoriam in factum, ex l. 1. pr.

Heredem ejus, *qui, omiſſâ causâ teſtamenti, ab inteſtato poſſidet hereditatem, in ſolidum legatorum actione teneri conſtat*, l. 12. §. 1.

5. De Senatusconſulto Silanio & Claudiano: quorum teſtamenta ne aperiantur.

(*Si teſtator per vim occiſus, & heres ante habitam de ſervis quæſtionem, qui ſub eodem tecto fuerunt, & ante ſumptum de interfectore ſupplicium teſtamentum aperiat*, ex l. 1. pr. §. 17. & 24. *ei, ut indigno, aufertur hereditas, eaq; fiſco addicitur*, ex l. 5. §. 2. l. 9. l. 15. §. 1.)

Viri & uxoris *commixta familia eſt & una domus*, l. 1. §. 15.

Ætas *excuſationem meretur*, l. 1. §. 32.

Solet hoc in uſu obſervari, *ut impuberes non torqueantur: terreri tantùm ſolent, & habenâ vel ferulâ cædi*, l. 1. §. 33.

6. Si quis aliquem Teſtari Prohibuerit vel Coëgerit.

Fratris Factum Fratri *non nocet*, l. 2. §. 1.

7. De jure Codicillorum.

(*Codicilli ſunt teſtamentum imperfectum; ubi quinq; ſufficiunt teſtes.*)

Codicilli *pro parte teſtamenti habentur, obſervationemq; & legem juris inde traditā ſervant*, l. 14. pr.

DIGEST. LIBRUM XXX.

IN memoriam nobis revocare poteſt JEsus. Literæ JE nobis deſignant 30. Titulus eo libro habetur unicus; De *Legatis & Fideicommiſſis*. JEsus AMPLISSIMA & prima legata & fidei noſtræ commiſſa, *Materiæ LIB. XXX. DIGEST.*

Corpus & ſanguinem ſuum, ARRHAM ſalutis noſtræ nobis donavit, ac reliquit. (*Hoſtiam & calicem* offert JEſus, Legatorum illorum ſymbola.) Legata hæc per omnia exæquantur Fideicommiſſis, *l. 4. pr.* Quorum legatorum vocabula manent immutabilia, *l. 4. pr.* (rer. vocabula *legitur.*) Atque per hæc legata & filiisfamilias & ſervis hereditas datur, *l. 11.* Poſitaque erant in voluntate teſtatoris JEſu, *l. 43.* §. *2.* Atque in hoc teſtamento leges locum habent, *l. 55.* (non poteſt

1. De Legatis & Fideicommiſſis, I.

Per omnia *exæquata ſunt legata fideicommiſſis*, l. 1.

Rerum vocabula *immutabilia ſunt: hominum mutabilia*, l. 4. pr.

Cùm filiofamilias *vel ſervo alieno legatum vel hereditas datur, fidei committi patris vel domini poteſt*, l. 11.

Legatum in alienâ *voluntate poni poteſt: in heredis non poteſt*, l. 43. §. 2.

Nemo poteſt *in teſtamento ſuo cavere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant*, l. 55.

Si domus alicui *ſimpliciter ſit legata, neq; adjectum, quæ domus: cogentur heredes, quam vellet domũ ex his, quas teſtator habebat, legatario dare*, l. 71.

Impoſſibilis conditio *pro non ſcriptâ habetur*, l. 104. §. 1.

Legatum eſt delibatio *hereditatis, quâ teſtator ex eo, quod univerſum heredis foret, alicui quid collatum velit*, l. 116. pr.

Hereditas perſonæ *defuncti, qui eam reliquit, vice fungitur*, l. 116. §. 3.

cavere *legitur ad tabulam legis.*) Per illa domicilium in cœlis nobis ſimpliciter eſt legatum, *l. 71.* Conditio verò adſcripta non eſt impoſſibilis, *l. 104. §. 1.* (impoſs. *legitur ad pixidem, in quâ condita.*) Eſt enim legatum hoc delibatio hereditatis æternæ, *l. 116. pr.* Eaque hereditas etiam erat perſonæ, *l. 116. §. 3.*

DECADIS IV. LIBER I. EST

DIGEST. LIB. XXXI.

Materiæ DIGEST. LIB. XXXI.

QUi deſignatur LECTO. Literæ LE notant 31. LECTUS LEGATUS ad perſonas pertinet, fœminam & marem (ſignificant literæ initiales F. M.) Hic enim liber eundem habet titulum cum præcedente & *de Perſonis* agere vulgò dicitur: ſicuti ille *de Rebus. Fideicommiſſa indicat* teſtudo Fidibus intenta ſeu commiſſa, ad LECTUM pendens.

1. De Legatis & Fideicommiſſis II.

Neminem ejusdem rei *legatæ ſibi partem velle, partem nolle, verius eſt*, l. 4.

Legatum eſt *donatio teſtamento relicta*, l. 36.

Exemplo peſſimum eſt, *fœminino vocabulo etiam maſculos contineri*, l. 45. pr.

Ut heredibus *ſubſtitui poteſt, ita etiam legatariis*, l. 50. pr.

Sæpè confines fundos *etiam ſuprà juſtam æſtimationem intereſt noſtrâ adquirere*, l. 54.

Plures in uno fundo *dominium juris intellectu, non diviſione corporis, obtinent*, l. 66. §. 2.

Uſusfructus, *etſi in jure, non in parte, conſiſtit, emolumentum tamen rei continet*, l. 66. §. 6.

Facultas *neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium non eſt*, l. 67. §. 1.

Non abſumitur, *quod in corpore patrimonii retinetur*, l. 72.

Ordo ſcripturæ *non impedit cauſam juris ac voluntatis*, l. 77. §. 12.

Cum pater filios, *eorumq; matrem heredes inſtituiſſet, ita ſcripſit*, &c: l. 77. pr.

Ignaviam *prætendentes audiri non oportet*, l. 78. §. 2.

AUGUSTI LECTI LEGATI fœmina (F) partem (*pulvinaria*) volebat; partem nolebat, *l. 4.* Fuerat LECTUS teſtamento relicta donatio, *l. 36.* Quo vocabulo fœminino (*donationis*) etiam mas quidam voluit contineri, *l. 45. pr.* (F. M.) Ut heredibus & LEGATARIIS ſubſtitueretur idem mas, *l. 50. pr.* Et vicinos fundos acquireret ſupra juſtam æſtimationem, *l. 54.* In quo plures dominium juris intellectu, non diviſione corporis, obtinebant, *l. 66. §. 2.* Cujus uſusfructus emolumentum rei continet, *l. 66. §. 6.* Quos neceſſariò eligebat mas; non igitur erat beneficium, *l. 67. §. 1.* Ac licet abſumeretur uſusfructus: corpus patrimonii tamen retinebatur, *l. 72.* In his LEGATIS ordo ſcripturæ non impediebat cauſam juris ac voluntatis, *l. 77. §. 12.* Cùm pater filios eorumque matrem heredes inſtituiſſet, ut filia partem hereditatis reſtitueret matri, *l. 77. pr.* Verùm iſti filii ignaviam ſuæ matris in LEcto illo cubantis prætendebant, *l. 78. §. 2.*

DIGEST. LIBRUM XXXII.

Materiæ LIB. XXXII. DIGEST.

EXhibet MENSA. Literæ ME denotant 32. In MENSÂ ſunt MEDICAMENTA certis perſonis legata, verbis directis, & fideicommiſſa, verbis precativis. (*fideicommiſſa iſta deſignat iterum teſtudo fidibus commiſſa ſeu intenta*) In Ampullâ eſt Amuletum magni pretii.

AMU-



Dig XXXI
Lectus.
Dig XXXIII. Nefrens.
jugum. 10
Dig XXXIV obeliſc
Dig XXXV. Pecte.
Dig XXXVI. Querco
Dig. XXXII
Menſa
Dig. XXXVII
Eticulum.
Parentes.
Dig. XXXVIII Sepes
Regni
Dig. XXXIX. Tectum
Dig. XL Vela.
Quer.

A MULETUM cæteraq; ME DICAMENTA, A RTIFICIO ſingulari præparata, & in M ENSA poſita, vario ſermone, Latino, Græco, Punico & Gallicano, adpellantur A MULETUM, *l. 11. pr.* Quod ipſum tamen non mutatur, ſicut facilè mutatur voluntas, *l. 11. §. 12.* Quæ tamen hîc præcipuè ſpectanda venit teſtatoris, *l. 11. §. 19.* A MULETO hoc, cæteriſque ME DICAMENTIS legatis, & ſexus maſculinus & femininus uti poterat, *l. 62.* (M. *includit* F. i. e. *maſculinum includit femininum.*) A RTIFICIUM hujus A MULETI faciendi tantum ceperat incrementum, *(l. 65. §. 3.)* ut unicum & ſolum omnia morborum genera depelleret. Sed ME DICAMENTA illa omnia & ſingula propriis ſuis nominibus non poterant appellari, *l. 69.* Licet re eſſent conjuncta, *l. 89.* (M. & F. *re ſunt conjuncti.*)

1. De Legatis & Fideicommiſſis tertio.

Fideicommiſſa *quocunq; ſermone relinqui poſſunt*, l. 11. pr.

Probatio *mutatæ voluntatis ab heredibus exigenda*, l. 11. §. 12.

In fideicommiſſis *præcipuè ſpectanda ſervandaq; teſtatoris voluntas*, l. 11. §. 19.

Omne A rtificium *incrementum recipit*, l. 65. §. 3.

In causâ *teſtamentorum non ad definitionem utiq; deſcendendum eſt, cùm plerumq; abuſivè loquantur, nec propriis nominibus ac vocabulis ſemper utantur*, l. 69.

Re conjuncti *videntur, non etiam verbis, cùm duobus ſeparatim eadem res legatur*, l. 89.

DIGEST. LIBRUM XXXIII.

EXhibet NE FRENS. Literæ NE, deſignant 33. Titulos habet liber iſte 10. Poſtremus eſt, de *Supellectile legatâ.* JA CENS jugum, & JA CENS alia ſupellex ruſtica. NE FRENS iſte eſt (1) A NNUUS, atque *A nnua legata ſunt ad eundem,* (2) videlicet *fructus & reditus,* (3) *& C ommunes ſervitutes,* (4) *itemq; Dos prælegata,* (5) *ex quibus* E LIGENS *optat* (6) *Triticum, quo ſaginetur* NE *frens, & ipſe vinum bibat.* (7) *Inſtrumenta quoque eligebat,* (8) *peculium,* & (9) *penum,* (10) *at ſupellectilem omiſit.* *Materia L. XXXIII. DIGEST.*

A NSERES ſunt A NNUUM legatum, *(annulus cum ſignis Zodiacis annum denotat)* A NSERES enim legati ſingulis A NNIS debebantur. Laborem, qui poteſt dividi, ſignificat *ligo*, quem anſer habet. In marſupio eſt *pecunia*, quæ itidem poteſt dividi, *l. 10. pr.*

B UCERA, quorum *uſus* & *uſusfructus* legatus B ARBARÆ ſervæ mulgenti & lacte fruenti, itemq; *reditus* eidem fuerat legatus, qui minus habet, quàm uſusfructus. Sed tamen uſus & uſusfructus itineris ei non erat legatus; quia ſervitus ſervitutis eſſe non poteſt, *l. 1.* Legatus ei uſus & uſusfructus in centum annos, *l. 8.* Quod jus nullus arbiter poteſt mutare, *l. 31.*

C OMMUNIS ſervus *(ex habitu cognoſcitur)* horum duorum dominorum, qui fundum C OMMUNEM habent, viam, in quâ conſiſtit, ſtipulatur, qui duo ei exiſtunt heredes. Itemque per hunc C OMMUNEM ſervum

1. De A nnuis Legatis & Fideicommiſſis.

(*Annuum legatum initio anni debetur, & morte ejus, cui legatum eſt, extinguitur.*)

Tam labor, *quàm pecunia, diviſionem recipiunt*, l. 10. pr.

2. De Uſu, & Uſufructu, & Reditu, & Habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum datis.

Servitus *ſervitutis eſſe non poteſt*, l. 1.

Centum anni *ſunt fines vitæ longiſſimæ*, l. 8.

Non poteſt *arbiter, inter alios judicando, alterius jus mutare*, l. 31.

3. De Servitute legatâ.

(*Intelligitur ſervitus realis, quæ ei legari poteſt, qui prædium habet.*)

Fundum C ommunem *habentibus legari poteſt via: cùm & C ommunis ſervus rectè ſtipulatur:*

 his

&, cùm duo ei, qui ipſe vitam ſtipulatus fuerit, heredes extiterint, non corrumpitur ſtipulatio, l. 2.

4. De Dote prælegatâ (relegatâ.)

(*Prælegari ſeu potiùs relegari* (ex l. 1.) *dicitur dos mulieri à marito, quod ei legetur, à quâ profecta erat.*)

Quicquid *demonſtratæ rei additur ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt*, l. 1. §. 8.

5. De Optione vel Electione legatâ.

(*Optionis olim certæ erant ſolennitates.* Electio *arbitraria eſt: optio eſt de disjunctivis, de hoc vel illo; atq; ei, cui legata, jus tribuit, quod in heredes transmittitur.*)

Quoties *ſervi* Electio *vel optio datur, legatarius optabit, quem velit*, l. 2. pr.

Non videor *conſentire, qui ſentire non poſſim*, l. 8. §. 2.

6. De Tritico, Vino vel Oleo legato.

(*Triticum latè quodvis Frumentum denotat.*)

Vino legato *acetum quoq; continetur, quod paterfamilias vini numero habuit*, l. 1.

Siquis vinum legaverit, *omne continetur, quod ex vineâ natum vinum permanſit*, l. 9. pr.

7. De Inſtructo vel Inſtrumento legato.

(*Quum fundus cum inſtrumento eſt legatus, intelligitur inſtrumentum ad colendum fundum pertinens*, l. 12. *Inſtructi fundi legatum longè plenius eſt, ac intelligitur, quicquid in fundo eſt, quo inſtructior ſit*, l. 12. §. 27. *Si verò ſolus fundus legatus eſt, ex inſtrumento id ſaltem venit, quod infixum, aut inædificatum, & pauca, quæ moveri poſſunt.*)

Optimum eſt, *non propriam verborum ſignificationem ſcrutari; ſed inprimis, quid teſtator demonſtrare voluerit*, l. 18. §. 3.

8. De Peculio legato.

(*Peculium legat dominus vel pater, qui habet ſervi aut filii peculium.*)

9. De Penu legatâ.

(*Penus eſt omne id, quod ad cibum potumq; congregatum, in uſum patrisfamilias, ipſius familiæ & jumentorum.*)

10. De Supellectile legatâ.

Supellex eſt *domeſticum patrisfamiliæ inſtrumentum, quod neq; argento, auróve facto, vel veſti adnumeretur*, l. 1.

Id eſt, res moventes *non animales*, l. 2.

Error *jus facit*, l. 3. in fine.

Labeo ait, originem *fuiſſe ſupellectilis, quòd olim his, qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolerent, quæ ſub pellibus uſui forent*, l. 7. pr.

his duobus dominis Conjunctæ tabernæ fuerunt legatæ, *(ex l. 1.)*

Dos in marſupio ea fuit relegata uxori, à quâ fuerat profecta. Parata eſt pecunia illa, licet poſt annum à tempore mortis demum poſſet reſtitui. *(poſitum eſt marſupium intra annulum, qui annum ſignificat.)* Pecuniæ huic in marſupio, ſeu doti, jam ſatis demonſtratæ, fruſtra erat, quicquid ei demonſtratæ addebatur, *l. 1. §. 8.*

ELECTIO fuerat legata huic ELECTORI, qui ex legatis ſervis præſentibus ELIGEBAT & optabat eum, quem putabat EXCELLENTIOREM: Verùm ille furioſus factus non videbatur conſentire, quum non poſſet ſentire, *l. 8. §. 2.*

FRUMENTUM omnis generis, veluti FAR, hordeum, avena, ſiligo, milium, ſunt in ſacco; vinum in dolio & vitro: itemq; in lagenâ oleum: quæ fuerant legata cum aceto, *l. 1.* Itemque omnia vino nata, FLOCES & FECES, & quodcunque in amphoris, cadis & doliis erat, *(ex l. 6.)*

GALLINÆ cum inſtrumento illo muſico ſunt legatæ, quod inſtrumentum ut eſſet inſtructius legatum, GREX ovium *(ex leg. 9.)* deinceps fuit additus. In hiſce verò omnibus non ſcrutabantur propriam verborum ſignificationem, ſed quid teſtator voluerit demonſtrare, *l. 18. §. 3.*

HIRCUS abit legatus cum HÆDIS, peculio ſuo.

INFUMATÆ carnes cum penu fuerant legatæ, & cum iis etiam potus: quoniam INFUMATA caro comeſa ſitim concitat, facitq;, ut expóſcatur potus.

JACENS JUGUM, aliaque ſupellex legata, ornamenta & inſtrumenta agri. *(ex l. 7. §. 1.)* Omnis illa ſupellex patrisfamilias non facta eſt ex auro aut argento, ſed ex ligno, *l. 1.* Eſtque res mobilis, *l. 2.* Fuitq; locata cuidam in legationem proficiſcenti, ut eâ ſub pellibus uteretur, *l. 7. pr.* Cujus ſupellectilis uſus, & error imperitorum, jus faciebat, *l. 3.* Qui

tamen

tamen non ſunt exiſtimandi dixiſſe, quod mente non agitaverant, *l. 7. §. 2.* Mens enim dicentis potentior eſt, quàm vox, *l. 7. in fine.*

Nemo exiſtimandus *eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit*, l. 7. §. 2.

Etſi prior atq; potentior eſt, *quàm vox, mens dicentis: tamen nemo ſine voce dixiſſe exiſtimatur*, l. 7. in fine. (Facies hominis ore carens, adeoq; etiam voce; cujus mens potentior eſt.)

DIGESTORUM LIB. XXXIV.

Tituli diſpoſiti ſunt intra OBELISCOS. Literæ CE, notant 34. Habet hic liber titulos 9. Poſtremus eſt *De his, quæ ut Indignis auferuntur.* INGRATO & INDIGNO aufertur Legatum. OBELISCI illi, intra quos varia legata, videlicet (1) Cibaria, (2) Aurum, argentum, (3) quæ Creditor Chirurgo cum Liberatione legavit, (4) ut alia Adimeret, aut Transferret, (5) & in Rebus Dubiis (6) alia relinqueret, Pœnæ Causâ, (7) niſi impediret regula Catoniana, (8) & pro non ſcriptis haberentur legata, (9) ne à ſe, veluti indigno, auferrentur legata, teſtatori memoriæ causâ poſiti. *Materia L. XXXIV. DIGEST.*

ALIMENTA varia; itemq́ue AQUA in AQUALI, & cætera, quæ ad vitæ humanæ ſuſtentationem ſunt neceſſaria, ſunt in picturâ. Item cibaria vel diaria, quæ ad ſolum cibum pertinent. Cum ALIMENTIS etiam QUA fuerat legata in AQUALI, *l. 1.* Atque hæc ALIMENTA fuerunt relicta puero non tantùm ad annum XVIII. & puellæ ad XIV. h. e. ad pubertatem; ſed etiam per totum vitæ tempus.

BRACTEA aurea cùm gemmis, annuli, torques & BOMBYCINA veſtis *(ex l. 23.)* fuerant legata. BRACTEA illa aurea erat certi ponderis, *l. 1. §. 1.* Quæ fuerat legata falsâ demonſtratione, *l. 10.* Et cum BRACTEA illâ, quicquid auri argentiq́ue relictum fuerat legatum, ſive *factum*, veluti annuli & torques aureus; ſive *infectum, l. 19. pr.* Itemq́ue veſtimentum, *l. 22.* Et veſtis, *l. 23.* Sed ſtragulæ & BABYLONICA, quæ equis inſterni ſolent, veſtis non ſunt, *l. 25. §. 3.* Adeoq́ue veſtis nomine non fuerunt legata. Verùm omnia ornamenta, quibus mulier ornatur, *l. 25. §. 10.*

CREDITOR *(habet ſignum crucis; credit igitur)* ægrotans CHIRURGO debitori legat liberationem debiti; eiq; reddit CHIROGRA-

1. De Alimentis & Cibariis legatis.

(*Alimentorum nomine veniunt, quæ ad vitæ humanæ ſuſtentationem ſunt neceſſaria; ut, cibus, potus, veſtis, habitatio, lectus*, l. 6. *Cibaria verò vel diaria ad ſolum cibum pertinent*, l. 21.)

Si Alimenta fuerint *legata, dici poteſt, etiam* Aquam *legato ineſſe; ſi in eâ regione fuerint legata, ubi venundari* Aqua *ſolet*, l. 1.

Si puero vel puellæ Alimenta *relinquantur; tamdiu debebitur, donec teſtator voluerit: aut ſi non paret, quid ſentiat, per totum tempus vitæ debebuntur*, &c. l. 14. pr.

2. De Auro, Argento, Mundo, Ornamentis, unguentis, veſte vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.

Cui certum pondus *argenti dare heres juſſus ſit, ei pecuniam numeratam dando jure ipſo liberatur*, l. 1. §. 1.

Certo corpore *legato, demonſtratio falſa poſita non perimit legatum*, l. 10.

Cùm aurum vel *argentum legatum eſt; quicquid auri argentiq́ relictum ſit, legato continetur; ſive factum, ſive infectum*, l. 19. pr.

Veſtimentum id eſt, *quod detextum eſt, etſi defectum non ſit*, l. 22.

Veſtis, *an veſtimenta legentur, nihil refert*, l. 23. pr.

Sed ſtragulas, & Babylonica, *quæ equis inſterni ſolent, non pure veſtis eſſe*, l. 25. §. 3.

Ornamenta *muliebria ſunt, quibus mulier ornatur*, l. 25. §. 10.

3. De Liberatione legatâ.

Omnibus *debitoribus ea, quæ debent, rectè leguntur*, l. 1.

PHUM;

Nullam *dubitationem habet, quin, herede petere à debitore vetito, nec heres heredis poſſit*, l. 2. §. 1.

Solemus *dicere, pacti exceptionem fidejuſſori dandam, quæ reo competit*, l. 5. pr.

Acceptilatio *ſolutioni comparatur*, l. 7. §. 1.

Confuſione perinde *extinguitur obligatio ac ſolutione*, l. 21. §. 1.

Præſumptio, *propter naturalem affectum, facit, omnia patri videri* conceſſa, l. 28. §. 3.

4. De Adimendis vel Transferendis Legatis vel Fideicommiſſis.

Qui actu *legato iter adimat, nihil adimit: quia nunquam actus ſine itinere eſſe poteſt*, l. 1.

Ambulatoria *eſt voluntas defuncti uſq; ad vitæ ſupremum exitum*, l. 4.

Sicut adimi *legatum poteſt, ita & ad alium transferri*, l. 5.

Noviſsima *voluntas ſervatur*, l. 6. in fine.

Supervacua *ſcriptura non nocet legato*, l. 26. in fine.

5. De Rebus Dubiis.

(*Res dubiæ pro non datis habentur, ſ. dubiæ manent. Dubium autem hic eſt obſcurum*, l. 3.)

In ambiguo *ſermone non utrumq; dicimus, ſed id duntaxat, quod volumus. Itaq;, qui aliud dicit, quàm vult, neq; id dicit, quod vox ſignificat; quia non vult: neq; id, quod vult; quia id non loquitur*, l. 3.

In ambiguis *rebus humaniorem ſententiam ſequi oportet*, l. 10. §. 1.

Ubi eſt *verborum ambiguitas, valet, quod acti eſt*, l. 21.

Semper in dubiis *id agendum eſt, ut quàm tutiſſimo loco res ſit bonâ fide contracta; niſi cùm apertè contra leges ſcriptum eſt*, l. 21. in fine.

Cùm in teſtamento *ambiguè, aut etiam perperam ſcriptum eſt; benignè interpretari, & ſecundùm id, quod credibile eſt cogitatum, credendum eſt*, l. 24.

Cùm quæritur in *ſtipulatione, quid acti ſit; ambiguitas contra ſtipulatorem eſt*, l. 26.

6. De his, quæ Pœnæ Causâ relinquuntur.

(*Pœna ſæpè adjecta eſt heredis coërcendi causâ, ut aliquid minùs vel magis faceret.*)

7. De Regulâ Catonianâ.

Catoniana Regula ſic definit: *quod, ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret: id legatum, quandocunq; deceſſerit, non valere*, l. 1. pr.

8. De His, quæ pro Non Scriptis habentur.

Quæ in teſtamento *ſcripta eſſent, neq; intelli-*

PHUM; Atque ita legat ei debitum, *l. 1.* Hinc, quum à CHIRURGO debitore heres petere non poſſet, nec heredis heres id poterat, *l. 2. §. 1.* Cui pacti exceptio data, *l. 5. pr.* Quoniam acceptilatio ſolutioni comparatur, *l. 7. §. 1.* Sicuti etiam CONFUSIONE exſtinguitur obligatio, *l. 21. §. 1.* Propter affectum naturalem patri CREDITORI id fuit CONCESSUM, *l. 28. §. 3.*

DANS DOMUM legatam alteri, eandem adimit legatario, ut eam transferat ad alium. Actus ad illam DOMUM fuerat legatus, quem alter ademit cum itinere, *l. 1.* Quoniam teſtatoris voluntas erat ambulatoria. (*DOMUS illa ex voluntate ambulatoriâ ipſa quoq; ambulatoria facta; quum modò ad hunc, modò ad iſtum transferretur*, l. 5.) Ejus tamen noviſsima voluntas ſervabatur, *l. 6.* Ita ut, qui noviſsimè accepiſſet DOMUM, eam retineret: Cui rei ſupervacua ſcriptura nihil nocebat, *l. 26.* (*Schedula, in quâ ſcriptura ſupervacua.*)

ERRO in trivio conſiſtens dubitat, quænam ex his ineunda ſit via, ne ERRET, qui res non datas in ſarcinâ, i.e. in obſcuro geſtat. Dum ille dubitat, propter ambiguam viam ambiguo utitur ſermone, *l. 3.* Humaniorem tamen & magis tritam exiſtimat eſſe ſequendam, *l. 10. §. 1.* Quoniam in hac viarum ambiguitate potiùs valet via, quæ acta eſt, *l. 21.* Quæ deducere ſoleat ad tutiſsimum locum, *l. 21.* Atque ita ambigua illa benignè interpretabatur, ſecundùm id, quod credibile eſt, l. 24. (credibile *legitur ad atramentarium, ex quo perperam in teſtamento erat ſcriptum.*) Omnis autem illa viarum ambiguitas erat contra ipſum ERROREM ſtipulatorem, *l. 26.*

FERULA illa pœnæ causâ adjecta eſt, ad coërcendum heredem.

GEOMETRICA *Regula* illa eſt inventum Catonis. (Cato, id eſt, ardens ingenium, à *καίειν dicitur. Flamma ſupra caput deſignat ignitum & ardens viri iſtius ingenium.*)

HUMATO illo & ſepulto ſub tumulo ex HUMO facto, ad quem cippus, fuerat adſcriptum legatum; ſed cùm eo tempore in re

rebus HUMANIS non eſſet, pro Non Scripto habebatur legatum. Fuerat iſte in HOSTIUM poteſtate, & apud eos deceſſerat, *l. 4.* In teſtamento illo, quo HUMATO adſcriptum legatum, alia fuerunt ſcripta, quæ non intelligebantur, quid ſignificarent; quæ pro Non Scriptis quoque habita, *l. 2.* (*Schedula, in quâ nihil ſcriptum, pro Non Scripto habetur.*) Alia in eodem teſtamento ſcripta pervenerant in eam cauſam, à quâ non poterant incipere, *l. 3. in fine.*

INGRATUS & INDIGNUS eſt iſte, (*eſt homo nauci, tabaci fumum perpetuò hauriens*) à quo alter aufert legata, pecuniam, aurum & argentum. Quoniam patronum ſuum detulerat, (*ex l. 1.*) idque egerat, ut mulier, à quâ heres fuerat inſtitutus, per negligentiam & culpam ſuam mortua eſſet, *ex l. 3.*

gerentur, quid ſignificarent; ea perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent. reliqua autem per ſe ipſa valent, l. 2.

Quæ in eam cauſam *pervenerunt, à quâ incipere non poterant, pro Non Scriptis habentur,* l. 3. in fine.

Si eo tempore, *quo alicui legatum adſcribebatur, in rebus* Humanis *non erat; pro Non Scripto hoc habebitur. Sed & ſi in* Hoſtium *poteſtate erat, quo teſtamentum fiebat, neq; ab* Hoſtibus *rediit; pro Non Scripto erit,* l. 4.

9. De his, quæ ut Indignis auferuntur.

(Indigni ſunt, *quibus relicta jure valent, ſed à quibus auferuntur, & vel ad fiſcum transferuntur, vel heredi manent.* Exempla leguntur l. 1. 2. 3. &c.

DIGEST. LIB. XXXV.

EXſtat in PECTINE. Literæ PE, deſignant 35. Tituli hujus libri ſunt 3. Poſtremus eſt: *Si Cui Plus, quàm per L. Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur.* CRASSO illi COQUO plus fuerat legatum, quam per L. Falcidiam licebat. PECTEN adhibitus ad examinandas (1) Conditiones & demonſtrationes legatorum, (2) ſecundùm legem Falcidiam, (3) præcipuè, utrùm plus legatum. *Materia LIB. XXXV. DIGEST.*

ASIATICA navis SI ex ASIÂ venerit AURO onuſta, quæ conditio facti eſt, *ex leg. 21.* (*Facti legitur ad navem.* AURUM *denotat ſignum ſolis* ☉ *in carbaſo, chymitis* aurum *ſignificans.*) AURI hujus pars fuerat ad certum diem legatum, *l. 1. pr.* (*dies ſeu tempus notatur ſigno ſolis & clepſydrâ.*) Sed conditio illa videbatur impoſsibilis, ut videlicet AURO onuſta navis ex ASIÂ veniret, *l. 3.* Sed quum AURUM iſtud fuiſſet ſub hac conditione legatum; SI legatarius IN FAMILIA Attiam (*ex l. 28.*) NUPSISSET, ſtatim duxit uxorem ex illâ familiâ, quanquam nondum in cubiculum: quoniam nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, *l. 15.* (*ſponſus & ſponſa in nave illâ vehuntur, atq; pixidem conditis impletam:* impletam conditionem: *oſtentant.*) & condita illa gerebat, ipſamque navem dirigebat ad voluntatem defuncti, *l. 19.* Sponſæ ſuæ dederat ſponſus ANNULUM AUREUM magni pretii, ut ejus augeretur honor, *l. 33.* Sponſam autem hanc, quum peteret, vice

1. De Conditionibus, & Demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum, quæ in teſtamento ſcribuntur.

Legatis, *quæ relinquuntur, aut dies incertus, aut conditio adſcribitur, aut, ſi nihil horum factum ſit, præſentia ſunt; niſi ſi vi ipſa conditio inſit,* l 1. pr.

Obtinuit, *impoſſibiles conditiones teſtamento adſcriptas pro nullis habendas,* l. 3.

Cui fuerit *ſub hac conditione legatum,* SI IN FAMILIA NUPSISSET, *videtur impleta conditio, ſtatim atq; ducta eſt uxor; quamvis nondum in cubiculum mariti venerit. nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit,* l. 15.

In conditionibus *primum locum voluntas defuncti obtinet, eáq; regit conditiones,* l. 19.

Annulorum *aureorum jure honor augetur, conditio non mutatur,* l. 33. §. 2.

Demonſtratio *plerumq; vice nominis fungitur,* l. 34. pr.

Quæ facti ſunt, non tranſeunt ad dominum, l. 44. pr.

In alienam *voluntatem conferri legatum non poteſt,* l. 52. in fine.

nomi-

Ferè dies ponitur *ad proroganda ea, quæ ad præſens tempus, non etiam, quæ in futurum legata ſunt*, l. 54. pr.

Periculoſum *eſt ac triſte, libertum conjunctum patroni liberis eorundem mortem expectare*, l. 72. pr.

Dies incertus *conditionem in teſtamento facit*, l. 75.

In conditionibus *teſtamentorum voluntatem potiùs, quàm verba, conſiderari oportet*, l. 101. pr.

nominis demonſtravit, *l. 34. pr.* Quod erat facti, *l. 44. pr.* (facti *legitur.*) Neque hoc ſuum legatum in alienam voluntatem patiebatur conferri, *l. 52. in fin.* Dies (*ſignum ſolis*) poſitus fuerat ad prorogandum legatum, *l. 54. pr.* Ne libertus liberorum patroni mortem expectaret, *l. 72. pr.* At heic conditionem fecerat dies incertus, *l. 75.* In conditionibus iſtis A UROQUE A SIATICO legato non tam verba, quàm voluntas teſtatoris conſiderabantur, *l. 101. pr.*

2. Ad Legem Falcidiam.

Lex Falcidia *lata eſt, quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit, usq; ad dodrantem*, l. 1. pr.

In ratione *legis Falcidiæ retentiones omnis temporis heredi in quadrantem imputantur*, l. 11. pr.

Damna *poſt mortem teſtatoris illata ad ſolum heredem reſpiciunt*, l. 30. §. 2.

Favor *libertatis ſæpè & aliàs benigniores ſententias exprimit*, l. 32. in fin.

Pretia rerum *non ex affectu, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter funguntur*, l. 63. pr.

L. *Falcidia* à Juſtianino ita eſt reciſa, ut in B ESSEM mutatus ſit dodrans, inſtitutis liberis & ſimilibus, qui de inofficioſo agere poſſunt. *Cujac. paratitl.* (*Lex Falcidia* deſignatur *Falce*, cujus *figura* facit *literam* L, quæ *legem* ſignificat. B ESSIS eſt adpoſitum pondus: quod initio fuerat *dodrans l. 1. pr.*) Adeóque, ut heredi retentiones in quadrantem imputarentur, *l. 30. §. 2.* Favor tamen libertatis benigniores ſententias ſemper exprimebat. (*Pileus, libertatem deſignans, variis ligulis, quæ vulgò faveurs appellantur, ornatus, deſignat favorem libertatis.*) Pilei hujus pretium ex affectu fungitur.

3. Si cui Plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur.

Ea, quæ *per errorem omiſſa vel ſoluta ſunt, condici poſſunt*, l. 3. in fin.

C RA SSO iſti C OQUO plus fuerat legatum, quàm per *legem Falcidiam licebat;* quod reſtituit. (*Falcem conculcat iracundus, quoniam reddere cogitur id, quod plus fuerat legatum.*) Itemque reddit, quæ per errorem fuerant legata. (per errorem *legitur.*)

DIGEST. LIB. XXXVI.

FErt Q uE RCUS. Literæ QE deſignant 36. In hoc libro ſunt tituli 4. Poſtremus eſt: *ut in Poſſeſſionem Legatorum vel Fideicommiſſorum cauſâ eſſe liceat.* D RA CONE *interfectus* D ECESSERAT D IRECTUS *heres.* (1) Tritum *ab* A NO A LLIUM *cum foliis* Q uE RNIS (2) *ad* certum diem *reſiſtit* B ASILISCI *veneno*, (3) *cujus Legati causâ* C AVETUR C AUTO *prætori.* (4) *Quod remedium*, ex A LLIO & *foliis* Q uE RNIS *factum*, *cùm repudiaret* D IRECTUS *heres*, *à* D RA CONE *interfectus eſt*, & *legatarius in ejus poſſeſſionem miſſus.*

Materiæ LIB. XXXVI DIGEST.

1. Ad Senatusconſultum Trebellianum.

(*Beneficio SC. Trebelliani, à Juſtiniano reformati, heredi de fideicommiſſis quartam deducere, vel ex ignorantiâ facti datam repetere permittitur.*)

Neminem *oportet plus legati nomine præſtare*,

A EQUISSIMUM eſt SC. Trebellianum (*Trebellius dictus à* τρίβω, *tero: Trivit* A LLIUM A NUS. SC. *Tabulæ inſcriptum legitur.*) A NUS quartam partem A LLII hereditarii ex ignorantiâ datam trivit. Nolebat plus legati A LLII præſtare, quàm ad ipſam ex here-

hereditate pervenerat, *l.1.§.17.* Sed non licebat ei Allium Prætoris in Prætorem terere; nec Conſulis in Conſulem, *l.13. §.4.* Quoniam triplici officio fungi non poterat Anus iſta, *l.13.§.4.* (3pl. i.e. *triplex* legitur in veſte anus.) Ejus filiusfamilias magiſtratum gerens cogebat patrem ſuum, in cujus erat poteſtate, ſuſpectam adire hereditatem, *l.13. in fin.* Quoniam, quod ad jus publicum attinet, non ſequitur jus poteſtatis, *l.14.pr.* Cenſebat verò Anus illa, Aequum non eſſe, ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertineat, *l.33.* licet, cùm ſemel adita eſſet hereditas, & voluntas defuncti rata conſtituenda. *l.55.§.2.* In fideicommiſſis voluntatem ſpectabat, (*perſpicillo*) *l.57.§.1.* Quæ non habeat turpitudinem & impendium, *l.63.§.7.* Atque ita ambitioſè cenſebat Anus illa, tanquam Prætor, propter rerum judicatarum auctoritatem, *l.65.§.2.* Quod Allii hereditas codicillis neque dari poſſit, neque adimi, *l.76.* (*codicillos* Allio *terit* Anus.)

Basilisco illo interfectus Barbitonsor teſtator, à cujus morte Dies (*ſol ſupra legata diem denotat.*) Legatorum (*Pecunia in marſupio & pocula aurea.*) & Fideicommiſſorum. (*teſtudo, cui fides commiſſæ.*) Legata illa erant pura: adeóque ſtatim debebantur. Defunctus ſequi maluit alíus Barbitonsoris fidem, à quo Fidejuſſores petendi, *l. 26. §. 1.* Sponſa hujus defuncti Barbitonsoris eum virum nondum poterat pati: non igitur poterat videri nupta, *l.30.*

Cavent Cautionemque interponunt iſti duo: alter Legatorum, & alter Fideicommiſſorum causâ, (*teſtudinem cum fidibus qui gerit*) Adeóque ſatisdant, Cauto Prætore ita jubente, *l. 1. pr.* Fiſcus tamen non ſatisdat, *l.1.§.18.* (*Ciſta illa, quæ fiſcus, remota longè abeſt à* Cautione) Cautus eſt Prætor ille, qui per mediocritatem omnes cauſas dirimebat, *l.7. in fin.*

Dracone interfectus Decesserat Directus heres, (*adjacet exanimis*) & fideicommiſſarius nolebat cavere; legatarius igitur in poſſeſſionem miſſus, (*ambulat in poſte, ad quem legata pecunia & poculum argenteum, ea accepturus*) non tamen, ut ſit Dominus, ſed cuſtos, *l. 8.* Miſſus etiam in poſſeſſionem (*in poſtem*) creditorum nomine, *l.5.§.2.*

quàm ad eum ex hereditate pervenit, l. 1. §. 17.

Prætor *in Prætorem, vel Conſul in Conſulem nullum impertum habet,* l. 13. §. 4.

Triplici *officio fungi nemo poteſt,* l. 13. §. 4.

Siquis *filiusfamilias ſit, & magiſtratum gerat, patrem ſuum, in cujus eſt poteſtate, cogere poterit, ſuſpectam dicentem hereditatem, adire & reſtituere,* l. 13. in fin.

Quod *ad jus publicum attinet, non ſequitur jus poteſtatis,* l. 14. pr.

Iniquum *eſt, ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet,* l. 33.

Cùm ſemel *adita eſt hereditas, omnis defuncti voluntas rata conſtituitur,* l. 55. §. 2.

In fideicommiſſis *voluntatem ſpectari convenit,* l. 57. §. 1.

Neque turpitudinem *ullam habeat conditio, nec impedimentum* (impendium) *aliquod,* l. 63. §. 7.

Cùm Prætor, *cognitâ causâ, per errorem, vel etiam ambitiosè, juberet hereditatem, ut ex fideicommiſſo, reſtitui: etiam publicè intereſt, reſtitui, propter rerum judicatarum auctoritatem,* l. 65. §. 2.

Codicillis *hereditas neq; dari, neq; adimi poteſt,* l. 76.

2. Quando Dies Legatorum vel fideicommiſſorum cedat.

(*Legati puri aut in Diem relicti dies cedit:* incipit deberi: *ordinariè à morte teſtatoris, excepto uſufructu legato, & libertate. At dies legati conditionalis non prius cedit, quàm extiterit conditio.*)

Fidejuſſores *ab eo non petendos, cujus fidem ſequi defunctus maluit,* l. 26. §. 1.

Non poteſt *videri nupta, quæ virum pati non poteſt,* l. 30.

3. Ut Legatorum ſeu Fideicommiſſorum ſervandorum causâ Caveatur.

Legatorum *nomine ſatisdari oportere Prætor putavit, ut, quibus teſtator dari, fierive voluit, his diebus detur vel fiat; dolumq; malum abfuturum ſtipulentur,* l. 1. pr.

Nec ſolet *fiſcus ſatisdare,* l. 1. §. 18.

Meliùs eſt, *per mediocritatem cauſam dirimere,* l. 7. in fin.

4. Ut in Poſſeſſionem Legatorum vel fideicommiſſorum ſervandorum causâ eſſe liceat.

(*Directus heres vel fideicommiſſarius ſi cavere noluerit, legatarius in poſſeſſionem mittitur, non ad dominium, ſed cuſtodiæ causâ, donec caveatur,* l. 8.)

Alia eſt causa, *cùm creditores rei ſervandæ causâ mittuntur in poſſeſſionem. nam is, qui poſſidet, non ſibi, ſed omnibus poſſidet,* l. 5. §. 2.

DIGEST. LIB. XXXVII

EXhibetur REticulo. Literæ RE deſignant 37. Tituli hujus libri ſunt 15. Poſtremus eſt *De Obſequiis PArentibus ac PAtronis PrAeſtandis.* REticulum hoc erat Prætoris, qui in Succeſſionibus & Bonorum Poſſeſſionibus dandis eo ſolebat uti, REticulo offerens Bonorum Poſſeſſiones: quem in finem id ſibi fieri curaverat ex Bonis Poſtibus (bonorum poſſeſ.) Dabat ille (1) *Bonorum poſſeſſiones* (2) *primùm ex* Tabulis Teſtamenti, (3) *Deinde* Furioſo & Infanti, (4) Contra Tabulas, *ita tamen, ut* (5) Legata Præſtarentur, (6) *fieretq;* Collatio (7) *in* Dote, (8) Conjungerenturque Liberi *cum* Emancipato. (9) Ventrem *quoque* mittebat in poſſeſſionem, (10) *Ex* Carboniano Edicto, (11) Secundùm Tabulas, (12) Manumiſſoribus parentibus. (13) *Sed Ex* teſtamento Militis *dabat bona* (14) Patronis (15) & Parentibus.

Materiæ L. XXXVII. DIGEST.

1. De Bonorum Poſſeſſionibus.

(*Jure prætorio ſucceſſio defertur per bonorum poſſeſſionem, cùm,* Auxiliante *Prætore, perſequimur, quod fuit de'uncti.*)

Notæ *non ſunt literæ*, l. 6 §. 2.

2. Si Tabulæ Teſtamenti extabunt.

(*Si extant tabulæ teſtamenti, heredi competit ex hoc titulo bonorum poſſeſſio.*)

Heredi, cujus *nomen inconſultò ita deletum ſit, ut penitus legi non poſſit, dari bonorum poſſeſſio minimè poteſt*, l. un.

3. De Bonorum Poſſeſſione Furioſo, Infanti, Muto, Surdo, Cœco competente.

(*Non officit furioſis, infantibus, mutis, ſurdis & cœcis, ſi curatores eorum intra tempus à lege præfinitum in petendâ poſſeſſione negligentes fuerint.*)

Mutus, *ſurdus, cœcus bonorum poſſeſſionem admittere poſſunt, ſi, quod agatur, intelligant*, l. 2.

4. De Bonorum Poſſeſſione Contra Tabulas.

(*Contra tabulas datur Bonorum Poſſeſſio liberis præteritis; &, reſciſſis tabulis, injuſta parentis teſtatoris voluntas infirmatur.*)

5. De Legatis Præſtandis, contra tabulas bonorum poſſeſsione petitâ.

(*Filius, qui contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem obtinuit, nihilominus tenetur legata præſtare conjunctis & favorabilibus perſonis, & his, quibus pietas debetur.*)

Ambo iſti, Auxiliante Prætore, Bonorum illorum poſſeſſionem (*Pecuniam & poculum aureum ad poſtem*) conſequuntur. Poculo illi inſculptæ notæ non ſunt literæ, *l. 6. §. 2.*

Bullatæ tabulæ, ſeptem Bullas ſive ſigilla habentes, extant, ſeu ſtant pedibus; *teſta* in iis deſignat, quod ſit *teſtamentum.* Per has igitur tabulas data fuit bonorum poſſeſſio heredi, cujus nomen non fuerat deletum, *l. un.*

Cœco iſti infanti, licet & furioſus, & mutus, & ſurdus ſit, competit bonorum illorum poſſeſſio, (*aufert poſtem cum bonis illis*) licet Curator ejus illa negligeret. (Curator, qui *clavibus* deſignatur, abit, negligens poſſeſsionem bonorum.) Ad quam tamen hic Mutus, ſurdus, cæcus infans admittitur: quoniam jam intelligit, quod agitur, *l. 2.*

Diſcerptæ ſunt tabulæ teſtamenti à liberis, atque ita venerunt ad Bonorum Poſſeſsionem. (*in poſte ſedent, ad quam bona, pecunia & poculum aureum.*)

Exuſtæ licet ſint tabulæ teſtamenti patris, Emancipatus filius, in poſſeſsionem contra tabulas miſſus, (*in poſte ſedet*) legata præſtat liberis illis, uni dans poculum aureum legatum; alteri certam ſummam pecuniæ legatam.

Fœ-

Fœni Collationem Faciunt Fratres, quorum alter antea Factus emancipatus. Ad commune Fœnum adfert acquiſitum Fœnum per emancipationem. Firmam Cautionem autem interpoſuerat, propter incertum *l. 1. §. 11.* Et propter præmaturam ſpem alterius, qui adhuc vivit, *l. 1. §. 21.*

Gravem ciſtam, in quâ Gravis dos, adfert Gravis filia ad Collationem, ut Gravibus bonis paternis ſeſe immiſceat, & cum fratribus ſuccedat ita facta Gravior.

Habenâ conjuncti ſunt hi liberi cum ſuo patre emancipato, ut ita ſuccedant in bona avi; quoniam in ejus manſerunt poteſtate.

Impletus venter mulieris gravidæ mittitur in poſſeſsionem, (*ad poſtem*) unà cum curatore ejus, (*curator geſtat claves*) à prætore, qui ſpem naſcendi non neglexit, *l. 1. pr.*

Junioribus illis, qui conſiſtunt ad edictum, circa quod *Carbones* poſiti, controverſia facta, an ſint inter liberos: Iis tamen perinde poſſeſsio data, ac ſi nulla de eâ re eſſet controverſia. Quod ipſum alter Juniorum *Carbone* notat & adſcribit.

Liberis iſtis per Ligneas illas Tabulas poſſeſsio (*in poſte ſedent*) bonorum (*pecuniæ & argenti*) data eſt: Qui deinceps arrogati has ſuas fortunas in alienam domum transferebant, *l. 11. §. 2*

Manumissor iſte Manum Magnam habet, ex quâ Mittit filium; in cujus bona deinceps Manumissori parenti Magnorum bonorum poſſeſsio data eſt.

Nauta iſte eſt Navalis miles, & armatus, ſubinde quoque remex. (*l. 1. §. 1.*) Is fecerat teſtamentum minùs ſolenne, ex quo ſcriptis heredibus poſſeſsio data. (*gerit & oſtentat tabulas teſtamenti, in quibus teſta eſt, ſub quibus poſtis cum bonis caſtrenſibus.*)

Opulentus iſte patronus (*jactat theſam militarem*, eine Patron-Taſche) Opes

6. De Collatione [bonorum.]

(*Conferre eſt in commune ferre. Liberis bonorum poſſeſsio datur, qui ſunt in poteſtate. Cum his emancipati ita demum admittuntur, ſi bona ſua, quæ propter emancipationem ſibi acquiſiverunt, conferant, adeóq; cum bonis paternis confundant, ut quaſi una fiat maſſa, ad partes faciendas æquales.*)

Propter incertum *cautio interponenda*, l. 1. §. 11.

Præmatura *eſt ſpes collationis, cùm adhuc vivat is, cujus de bonis quarta debetur*, l. 1. §. 21.

7. De Dotis Collatione.

(*Filia dotem acceptam cum fratribus & ſororibus conferat, ſi unà cum his ſuccedere, & ſeſe bonis paternis immiſcere velit*, ex l. 1.)

8. De Conjungendis cum Emancipato liberis [ejus.]

(*Filii emancipati liberi, quoniam in avi manent poteſtate, jure civili ſuccedunt in eam partem, quæ ad patrem emancipatum pertineret, ſi in poteſtate manſiſſet*, ex l. 1. pr.)

9. De Ventre in Poſſeſſionem mittendo, & Curatore ejus.

Sicuti liberorum *eorum, qui jam in rebus humanis ſunt, curam Prætor habuit: ita etiam eos, qui nondum nati ſunt, propter ſpem naſcendi, non neglexit. nam & hac parte Edicti eos tuitus eſt, dum ventrem mittit in poſſeſsionem, vice contra tabulas bonorum poſſeſsionis*, l. 1. pr.

10. De Carboniano Edicto.

Sicui controverſia *fiet, an inter liberos ſit, & impubes ſit; causâ cognitâ perinde poſſeſsio datur, ac ſi nulla de eâ re controverſia eſſet, & judicium in tempus pubertatis, causâ cognitâ, differtur*, l. 1. pr.

11. De Bonorum Poſſeſſionibus Secundùm tabulas.

(*Secundùm tabulas bonorum poſſeſsio datur omnibus heredibus jure ſcriptis & nuncupatis.*)

Cum capite *fortunas quoq; ſuas in familiam & domum alienam transfert* (arrogatus,) *l. 11. §. 2.*

12. Si à Parente quis Manumiſſus ſit.

(Manumiſſori *parenti quoq; contra liberorum tabulas bonorum poſſeſsio, quaſi patrono, datur*, ex l. 1. pr.)

13. De Bonorum Poſſeſſione ex Teſtamento Militis.

(*Ex teſtamento quoq; militis, licet minus ſolenni, bonorum poſſeſsio datur: non tamen contra tabulas militis in peculio caſtrenſi*, ex l. un.)

In claſſibus *omnes remiges &* Nautæ *milites ſunt*, l. un. §. 1.

14. De Jure Patronatus.

(*Patronis, eorumq; liberis, tabulis extantibus*,

con-

iisq; præteritis, contra tabulas libertorum bonorum poſſeſsio datur, ſi liberi non extent, ad dimidiam partem bonorum.)

Capitis accuſatio *ea eſt, cujus pœna mors eſt aut exilium*, l. 10.

15. De Obſequiis PArentibus & PAtronis PrAeſtandis.

(PAtronis *liberti* PAtronatus *jure, ob inæſtimabile libertatis beneficium, obſtricti ſunt; tum ad obſequia* PrAeſtanda, *qualia* PArentibus *ſumma debentur à liberis.*)

Si filius *miles in* PAtrem *aliqua commiſit; pro modo delicti* Puniendus *eſt*, l. 1. pr.

Si filius matrem, *aut* PAtrem, *quos venerari oportet, contumeliis adficit, vel impias manus ei infert; Præfectus urbi delictum, ad* Publicam Pietatem *pertinens, pro modo ejus vindicat*, l. 1. §. 2.

Indignus militiâ *judicandus eſt, qui* PAtrem *& matrem, à quibus ſe educatum dixerit, maleficos appellaverit*, l. 1. §. 3.

Liberto & filio *ſempe honeſta & ſancta* Perſona PAtris *ac* PAtroni *videri debet*, l. 9.

conſequutus eſt magnas ex libertorum bonis, etiam contra tabulas. (*Pecunia & vaſa argentea ſunt ad illum.*) Bilance dependit ex iis dimidiam bonorum partem. Sed, quum alium libertum aliquando capitis accuſaſſet, ab ejusdem bonis fuit excluſus, *l. 10.*

PArentibus & PAtrono PrAeſtant iſti, filius & libertus, debita obſequia, eosque veneratur alter ex Pietate debitâ; alter, ob inæſtimabile libertis beneficium; Etiam territi Poenâ, quâ miles affectus, qui in PAtrem ſuum aliquid commiſerat, *l. 1. pr.* Eosque contumeliis adfecerat, *l. 1. §. 2.* Appellaveratque maleficos, *l. 1. §. 3.* His verò PAtris & PAtroni Perſona ſemper honeſta & ſancta viſa eſt, *l. 9.*

DIGEST. LIBRUM XXXVIII

HAbet SEpes. Literæ SE nobis notant 38. Tituli hujus libri ſunt 17. Poſtremus eſt: *Ad SC. Tertullianum & Orphitianum*, quod eſt RAtum & Regium. SEpes illa Artificiose facta erat, (1) *Operis Servorum*, (2) ad cuſtodienda *Bona Libertorum*, (3) *& Univerſitatis*, (4) cujus decreto *Libertus filio aſsignatus*, (5) *qui in fraudem Patroni* Ebur abalienat; in quod, (6) quoniam *nullæ tabulæ teſtamenti extabant, ab inteſtato voluerant ſuccedere liberi*; (7) deinde *legitimi*; (8) ac tertio ordine *cognati*, (9) ſecundùm Illustre *Edictum Succeſſorium*; (10) ita tamen, ut Justi obſervarentur *Affinitatis gradus*; (11) ita demum admiſſus Lugens *Vir* ad ſucceſſionem *uxoris*, (12) cum quâ ſepultus Miles, *ex Militari delicto interfectus*, (13) Nabathæus refellit petentem militis bona, (14) quoniam *neq; ex Legibus, neq; SCtis* ei deberetur *bonorum poſſeſsio*: (15) *Ordo* enim *in poſſeſsionibus ſervandus*; (16) ita ut primò ſuccedant ſui, ac deinde *legitimi*: (17) quod etiam RAtum eſſe jubet *SCtum Tertullianum & Orphitianum*. *Materiæ L. XXXVIII DIGEST.*

1. De Operis Libertorum.

Operæ *ſunt diurnum officium*, l. 1.

(*Operæ, ſive in miniſterio, ſive in* Artificio, *libertatis causâ, per ſtipulationem aut jusjurandum libertis impoſitæ, ſunt præſtandæ.*)

Perinde operæ *à libertis, ac pecunia credita, petitur*, l. 4.

Architectus libertus operam ſuam, & in miniſterio, & Artificio, libertatis causâ, fideliter præſtat. Illam enim patronus, veluti pecuniam creditam, petebat, *l. 4.* Operas has Architectonicas ſuo impendio facit libertus Architectus; quoniam

ita

ita ſpoponderat, *l. 20. pr.* A patrono ſuo delegatus deinde fuit alii; quæ delegatio ſolutionis vicem continent, *l. 37. §. 4.*

Bona illa, pecunia & vaſa aurea & argentea, ſunt liberti (*in pileo ſunt, qui libertatis inſigne.*) Liberti advocatus non accuſat libertum, ſed patronum, *l. 14. §. 9.* Qui & legatum ex his Bonis volebat percipere; neque tamen libertatem ſervo dare, *l. 41.* Cætera verò hæc Bona omnia libertus ſuis liberis paraverat, *l. 50. §. 2.*

Collegium iſtud eſt univerſitatis Coloniensis; ad quod liberti pileati, in quos Coloniensis univerſitas idem jus habet, quod privatus.

Duos hos libertos hic pater Patronus aſsignat filio ſuo.

Ebur hoc patrono debitum in ejus fraudem libertus alienat: ſed poſtea à patrono fuit revocatum.

Facta ſunt *Nulla* Arithmetica in tabulis teſtamenti. Nulla illa fecerunt liberi, qui ſucceſſerant ab inteſtato, quoniam *Teſtamentum* erat *Nullum.*

Genus legitimum, per Genus maſculinum deſcendens, eſt in tabulis legis; unde legitimi dicuntur maſculi, in tabulis iſtis conſiſtentes.

Hybridæ ex matre Hispanâ & patre Hungaro nati ſunt Hilares; quoniam in Hispaniâ Hereditatem per matrem Hispanam conſequuntur, ut cognati. (*Hybridæ vocantur, qui ex diverſis gentibus ſunt nati.*) Hispanorum per matrem appellantur cognati, quoniam commune naſcendi initium in Hispaniâ ita habuerunt, *l. 1. §. 1.* Nullos admittebant ſervos; quos non habent, *l. 1. §. 2.* Deinde etiam ab Hispano ſunt adoptati; adeóque nova ita facta eſt cognatio, *l. 1.* Hispana mater valetudinem defuncti non ignoraverat, *l. 9. in fin.*

Illustre eſt Edictum hoc, quo remotiores ſuccedunt propioribus repudiantibus, aut contemnentibus bonorum poſſeſsionem.

Juriſconſulti eſt, (*ex l. 10. pr.*) ad Justam bilancem Justos examinare *Gradus Affinium*, ſecundùm eorum nomina, (*conſiſtunt*

Vnusquisq;, quod ſpopondit, ſuo impendio dare debet, quamdiu id, quod debet, in rerum naturâ eſt, l. 20. pr.

Solutionis *vicem delegatio continet,* l. 37. §. 4.

2. De Bonis Libertorum.

(*Bonorum poſſeſsio patrono præterito in partem dimidiam* (hodie in tertiam) *adverſus heredem ſcriptum competit.*)

Advocatus *non accuſat,* l. 14. §. 9.

Iniquum eſt, *& legatum velle percipere, & libertatem ſervo non dare,* l. 41.

Omnia, *quæ noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paramus,* l. 50. §. 2.

3. De Libertis Univerſitatium.

(*Vniverſitati in bonis libertorum idem jus defertur, quod privatis.*)

4. De Aſſignandis libertis.

(*Jus patronatus ad patroni liberos tranſit, ſi iis libertos aſſignaverit, & judicaverit, quinam ex liberis patronus eſſe debeat,* ex l. 1.)

5. Siquid in Fraudem Patroni factum ſit.

(*Partem à liberto in fraudem Patroni alienatam revocare patrono licet.*)

6. Si Tabulæ Teſtamenti Nullæ extabunt, unde liberi.

(*Si nullæ extant tabulæ teſtamenti, Prætor bonorum poſſeſſiones tribuit, ſecundùm naturalem ſucceſſionem, liberis ſuis, vel emancipatis.*)

7. Unde legitimi.

(*Si nulli ſuperſunt liberi; legitimi, ſeu agnati per virilem ſexum deſcendentes, ſive maſculi ſint, ſive fœminæ proximum poſt ſuos locum obtinent.*)

8. Unde Cognati.

(*Poſt liberos & legitimos ex nudâ prætoris indulgentiâ ad bonorum poſſeſſionem veniunt cognati, qui per feminas juncti ſunt; aut per maſculos quidem juncti ſunt, ſed qui agnationis jura capitis deminutione amiſerunt.*)

Cognati *appellati ſunt, quaſi ex uno nati, aut, quaſi commune naſcendi initium habuerint,* l. 1. §. 1.

Hæc lex non *pertinet ad cognationes ſerviles: nec enim facilè ulla ſervilis videtur eſſe cognatio,* l. 1. §. 2.

Cognationem *etiam facit adoptio,* l. 1. §. 4.

Veriſimile *non videtur, tam conjunctum ſanguine defuncti valetudinem ignoraſſe,* l. 9. in fin.

9. De Succeſſorio Edicto.

(*Si priores bonorum poſſeſsionem repudiant, non petunt intra præſtitutum tempus; cæteri, qui in gradu proximo ſunt, ex hoc Edicto admittuntur.*)

10. De Gradibus, & Affinibus, & Nominibus eorum.

Vt intelligatur, quinam ſint propiores, gradus

ſunt cognoſcendi· in affinitate prærogativam ipſa affinium nomina indicant.)

Juriſconſultus *cognatorum gradus & affinium noſſe debet: quia legibus hereditates & tutelæ ad proximum quemq; agnatum redire conſueverunt,* l. 10. pr.

Parentes *uſq; ad tritavum apud Romanos proprio vocabulo nominantur.* Ulteriores, *qui non habent ſpeciale nomen, majores appellantur,* l. 10. §. 7.

Accedentibus *ſingulis creſcit numerus,* l. 10. §. 9.

11. Unde Vir & Uxor.

(Tribus gradibus ſuperioribus deficientibus, ſi nec liberi ſunt, nec legitimi, nec cognati, quarto ordine ad ſucceſſionem mutuam, tabulis teſtamenti non extantibus, vocantur conjuges, ſeu vir & uxor, excluſo fiſco.)

12. De Veteranorum & Militum ſucceſsione.

(Prioribus omnibus deficientibus, capitali ſententia damnatus ſuccedit fiſcus. Verùm Miles & veteranus ex Militari delicto damnati de bonis caſtrenſibus non ſolùm teſtari poſſunt; ſed etiam ab inteſtatò caſtrenſia eorum bona agnatis & cognatis ad quintum uſq; gradum deferuntur, ex l. 1. & 2.)

13. Quibus non Competit Bonorum Poſſeſsio.

(Non competit bonorum poſſeſſio heredi ſcripto, qui defunctum, ne mutaret teſtamentum, impedivit: neq; competit heredi legitimo, qui defunctum condere teſtamentum prohibuit: neq; iſtis competit, qui renunciârunt, aut tempore fuerunt excluſi.)

14. Ut ex Legibus Senatúſve Conſultis Bonorum poſſeſsio detur.

(Extraordinaria & Subſidiaria Bonorum poſſeſſio eſt, quâ ex legibus, SCtis, vel conſtitutionibus bonorum poſſeſſionem ſpecialiter defert prætor.)

15. Quis ordo in Poſſeſſionibus ſervetur.

(Ordo ſuccedendi hic eſt. primus gradus eſt ſuorum heredum; ſecundus legitimorum; tertius proximorum cognatorum; quartus Viri & Uxoris, ex l. 1. pr. *Liberi & parentes Bonorum poſſeſſionem petere debent intra annum à die, quo eam ſibi competere ſciverunt: cæteri intra dies centum,* ex l. 2. & ſeqq.)

16. De Suis & Legitimis heredibus.

(Legitima ſucceſſio defertur vel lege, utputa ſuis & legitimis. Ab inteſtato ſuis primò defertur hereditas, qui fuerunt in poteſtate morientis, ut filii, nepotes & pronepotes: Deinde conſanguineis ſpecialiter ſic dictis, qui ſunt defuncto ſanguine proximè juncti:

in gradibus affines, certis nominibus appellati.) quæ prærogativam indicant. Ideóque JURISCONSULTUS parentes uſq; ad tritavum proprio vocabulo nominat: ulteriores appellat majores, *l. 10.* §. 7. Dum verò ſinguli accedebant, numerus *Affinium* in immenſum creſcebat, *l. 10.* §. 9.

LUGENS iſte vir ſuperſtes, cujus uxor defuncta jacet, neque liberis, neque legitimis atque cognatis extantibus, ad ſucceſsionem vocatus adeſt ſolus; quia ſolus ſuperſtes eſt.

MILES iſte & Veteranus ex MILITARI delicto punitur, & per MILITEM globo trajicitur. In ejus bona, licet non feciſſet teſtamentum, quod tamen ei licuiſſet, ſucceſſerunt cognati uſque ad quintum gradum.

NEGAT iſte NABATHÆUS bonorum poſſeſſionem, (*ad bona circa poſtem illum non admittit*) ac repellit eum, ut indignum, qui defunctum impedierat, quo minus mutaret teſtamentum; atque etiam, quòd tempore nondum excluſus ſemel renunciâſſet hereditati.

OPORTET (*figuram literæ O habet porta*) prætorem dare bonorum poſſeſsionem ex *legibus & SCtis,* (LL. SC. *in tabulis* legitur: *& ad eam* B. P. *ſignif.* bonorum poſſeſsionem: *prætoris manus dat poſtem in bona, pecuniam & aurum*) ut OPORTET, videlicet ei, quem heredem eſſe OPORTET, (*ex leg. un.*)

PRESBYTERORUM ordo, quia PROXIMUS erat, POSSESSIONEM obtinebat. (*PRESBYTERI in poſte ſedent, ad quem bona, pecunia & argentea vaſa.*) Hi equidem non erant heredes *ſui;* ſed *legitimi;* unde illis deficientibus obtinuerant poſſeſsionem, repulſique fuerant cognati, & conjuges, *l. 1. pr.* Intra centum dies poſſeſſionem petierant, *l. 2. & ſeqq.*

QUADRIGA, in quâ ſuis (*porci*) heres legitimus, qui *legit* tabulas *legis*, unde *legitimus* & proximus agnatus *ſuis* in QUADRIGAM ſucceſſit ab inteſtato, *l. 1. pr.* in locum heredum *ſuorum*, qui erant *filii naturales* & *adoptivi*, *l. 1.* §. 2. Ipſe privatus interpoſuerat

cau-

cautionem, quæ legum auctoritate non cenſetur, *l. ult.*

Et tertio ordine hereditas pertinet ad agnatos proximos.)

Inteſtati *propriè appellantur, qui, cùm poſſunt teſtamentum facere, teſtati non ſunt*, l. 1. pr.

Planè, qui *teſtari non potuit, propriè non eſt inteſtatus*, l. 1. pr.

Suos heredes *accipere debemus, filios, filias, ſive naturales, ſive adoptivos*, l. 1. §. 2.

Privatorum cautio *legum auctoritate non cenſetur*, l. ult.

RATUM eſt REGIUM (*Corona*) SCtum Tertyllianum (*Ter tulit anum in jus filii; in paropſide eſt jus ſeu juſculum filii, in quod ſucceſſit mater anus.*) Filius in Orificium (*Orphitianum*) paropſidis voluiſſet matri ſuccedere, ſi illa deceſſiſſet.

17. Ad Senatus ConſultumTertyllianum & Orphitianum.

(*Ex hoc SCto Tertylliano defertur etiam legitima ſucceſſio matri, ſi tutorem vel curatorem filio petere non neglexerit: & SCto Orphitiano matri ſuccedunt liberi, excluſis agnatis.*)

DIGEST. LIB. XXXIX

COllocatus eſt in TECTO. Literæ TE nobis deſignant 39. Liber hic continet titulos 6. Poſtremus eſt, *De Mortis causâ Donationibus & Capionibus.* In TECTO reparando (1) *Novum Nunciabatur Opus*, (2) *ob Damnum Infectum & ſuggrundas*, per quod TECTUM (3) *Aqua Pluvia Arcenda*, ne officeret vicinis ædibus (4) *Publicani, qui vectigalium* loco accipiebat (5) *Donationes*, (6) *etiam Mortis causâ.*

Materiæ L. XXXIX. DIGEST.

AEDIFICANTIBUS AEDIFICIUM novum opus ANNUNCIAT AEDILIS, & AEDIFICANTES prohibet. AEDIFICANT enim cum damno (*l. 1. §. 11.*) pupilli, qui intercedente tutore primùm nunciaverat *opus novum*. Proſpectui enim ejus oberat AEDIFICIUM, *l. 5. pr.* Et poſt hanc novi operis nunciationem AEDIFICARE non ſunt auſi AEDIFICANTES; ne id deſtruere cogerentur, *l. 20. pr.*

1. De Operis Novi Nunciatione.

Opus novum *facere videtur, qui aut* Aedificando, *aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat*, l. 1. §. 11.

(*Novum igitur opus nunciare poteſt, i. e. denunciare, ne faciat, ne pergat; poſt quam denunciationem litigatores ſe committunt juriſdictioni prætoriæ.*)

Pupillo *non eſt operis novi nunciationis executio danda, niſi ad ipſius privatum commodum res pertineat*, &c. l. 5. pr.

Prætor ait, *Quem in locum nunciatum eſt, ne quid operis novi fieret, quâ de re agitur: quod in eo loco, antequam nunciatio miſſa fieret, aut in eâ causâ eſſet, ut remitti deberet, factum eſt, id reſtituas*, l. 20. pr.

BICLINIUM nutat, ac ruinam minatur: item ſuggrundæ propendent in ædes vicinas. *Damnum* equidem hactenus eſt *Infectum*, ſed metuitur. Cautio in diem erat facta, quâ finitâ de damno iterum erat cavendum (*l. 15. pr.*) â BICLINII poſſeſſore, qui poſſidendo *Biclinium* dominium non capit, *l. 15. §. 26.* Multo minùs fluminum publicorum poteſt capere dominium, quorum uſus communis, ſicuti viarum, *l. 24. pr.*

2. De Damno Infecto & de Suggrundis, & protectionibus.

Damnum infectum *eſt damnum nondum factum, quod futurum veremur*, l. 2.

(*Suggrunda eſt pars tecti ultra ſtructuram ædium projecta prominens.*)

Si igitur vicinæ ædes *ruinam minantur, ædiumve partes prominentes, ut ſuggrunda & protecta; cautio de damno infecto exigitur.*

Si finita ſit *dies ſtatuta in cautione; iterum arbitratu prætoris ex integro erit cavendum*, l. 15. pr.

Dominium *quis capere poſſidendo non poteſt*, l. 15. §. 26.

Fluminum *publicorum communis eſt uſus, ſicuti viarum publicarum & litorum*, l. 24. pr.

3. De Aquâ & Aquæ Pluviæ Arcendæ.

Sicui aqua pluvia *damnum dabit, actione aquæ pluviæ arcendæ avertetur aqua. Aquam pluviam dicimus, quæ de* C œlo *cadit, atq; imbre excreſcit: ſive per ſe hæc aqua* C œleſtis noceat, *ſive cum aliâ mixta ſit*, l. 1. pr.

Prodeſſe ſibi *unusquiſq;, dum alii non nocet, non prohibetur*, l. 1. §. 11.

Vetuſtas *vicem legis tenet*, l. 1. §. ult.

Cùm minuitur *jus alicujus, conſequens eſt exquiri, an conſentiat*, l. 8.

Nullam poteſt *videri injuriam accipere, qui ſemel voluit*, l. 9. §. 1.

Non poteſt *quis facere, quo minus agrum vicinus, quemadmodum vellet, araret*, l. 24. pr.

C *ANALIS* inter ædes facta ad aquam C *OELESTEM* ſeu pluviam arcendam, ne illa vicini ædibus noceat, damnumque faciat. Quæ C *analis* proderat uni, nec nocebat alteri, *l. 1. §. 11.* Secundùm vetuſtatem ita fuit facta, *l. 1. §. ult.* Cujus jus quum vicini conſenſu minueretur, *l. 8.* iſte non eſt viſus accipere injuriam, *l. 9. §. 1.* qui agrum ſuum, quemadmodum volebat, arabat, *l. 24. pr.*

4. De Publicanis & Vectigalibus & Commiſſis.

(*Damnum fit à Publicanis, quum vectigal à fiſco conductum habent, & vel dolo exigunt vectigal, aut per concuſsionem extorquent, vel ex mercibus quid ſurripiunt*, ex l. 1. pr.)

Publicani ſunt, *qui publico fruuntur, nam inde nomen habent, ſive fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequantur. & omnes, qui quid à fiſco conducunt, rectè appellantur publicani*, l. 1. §. 1.

D *OMUS* D *OLOSA* & D *AMNOSA* publicani eſt, qui vectigali immodico mercaturæ damnum facit, dum D *OLO* exigere vectigal, & per concuſſionem aliquid extorquere, itemque ex mercibus illis nonnihil ſurripere ſolet, *ex l. 1. pr.* Atque ita Publicanus Publico fruitur; qui vectigal à fiſco conduxit, *l. 1. §. 1.*

5. De Donationibus.

(*Alienantur res per donationes, quæ vel ſimpliciter liberalitatis ergo fiunt: cùm vivens viventi aliquid dat ea mente, ut ſtatim fiat accipientis, nec ullo caſu ad ſe reverti velit.*)

Cùm dicimus *inter ſponſum & ſponſam donationem valere, propriâ appellatione utimur: & factum demonſtramus, quod ab eo proficiſcitur, qui liberalitatis gratiâ aliquid dat, ut confeſtim faciat accipientis, nec unquam ullo facto ad ſe reverti velit.* Cùm verò dicimus, *ſi hac mente donat ſponſus ſponſæ, ut nuptiis non ſecutis res auferatur, poſſe repeti: non contrarium priori dicimus; ſed concedimus inter eas perſonas fieri donationem eam, quæ ſub conditione ſolvatur*, l. 1. § 1.

Non poteſt *liberalitas nolenti acquiri.* l. 19. §. 2.

In bonæ fidei *contractibus donationis ſpecies non deputetur*, l. 22.

Tabulæ *non faciunt matrimonium*, l. 31. pr.

Ratæ donationes *eſſe non poſſunt poſt crimen perduellionis contractum*, l. 31. in fin.

E *XEMTA* & E *XCISA* ſunt ſaxa illa donationis (*tinæ*) causâ. Statim, ut ſunt E *XEMPTA*, mea ſunt, licet E *XEMERIT* mercenarius meus, qui mihi E *XEMIT*. (*ex l. 6.*) E *XEMPTA* enim ſaxa per donationem (*tinam*) ſunt alienata liberalitatis ergo, & ſtatim facta ſunt accipientis. In his E *XEMPTIS* ſaxis quædam erant pretioſa ſaxa, quæ ſponſus dederat ſponſæ ſuæ, hac mente, ut nuptiis non ſecutis eadem ſponſa redderet, *l. 19. §. 2.* Nam tabulæ non faciunt matrimonium, *l. 31. pr.* Quæ donatio in bonæ fidei contractibus non deputanda, *l. 22.* Sed cùm poſt crimen perduellionis contractum facta eſſet hæc donatio, rata non fuit, *l. 31. in fine.*

6. De Mortis causâ donationibus & [Capionibus.]

(*Donatio mortis causâ eſt, cùm quis ita donat, ut non ſtatim, ſed poſt mortem demum fiat accipientis.*)

Mortis causâ *donatio eſt, cùm quis habere ſe vult magis, quàm eum, cui donat, magiſq; eum, cui donat, quàm heredem ſuum*, l. 1. pr.

Quicquid *propter alicujus mortem obvenit, mortis causâ capitur*, l. 8. pr.

F *RA* C *TUS* & F *ESSUS* ætate (*ex l. 5.*) F *UL*C*INUS* (*ex l. 43.*) F *AGEUM* illum F *UNDUM*, (*ex l. 14.*) ad quem digitum intendit, F *RAUDANDORUM* creditorum causâ, F *RATRE* moriente, (*jacet moriturus*) donat ejus F *ILIO*. (*adeſt filius.*) Magis enim volebat F *RATRIS* F *ILIUM* habere hunc F *AGEUM* F *UNDUM*, quàm heredem ſuum, *l. 1. pr.* Mortis igitur causâ F *ILIUS* illum volebat capere F *UNDUM*

DUM, l. 8. pr. Verùm cùm non eſſet ſolvendo donator, reſciſſa fuit hæc donatio, *l. 17,* Senatuſque cenſuit, donationem factam in eum, quem lex prohibebat capere, *l. 35. pr.* Et quòd propter alterius mortem eſſet facta donatio, *l. 18. pr.* Ac quidem extra ſuſpicionem ullius periculi, quæ tamen varia & multa ætate FRACTUS metuebat, *l. 35. §. 4.* Quâ de causâ idem creditor duobus debitoribus poſtea eundem dedit FUNDUM mortis causâ; ſed, quum convaluiſſet, elegit, utri eorum condiceret, *l. 35. §. 6.* Atque ita præſens præſenti volebat dare; ſed FRATRIS FILIUS deinde alia capiebat, quæ in ſpeciem donationis non cadebant, *l. 38.*

Cùm legata *ex teſtamento ejus, qui ſolvendo non fuit, omnimodo inutilia ſint, poſſunt videri etiam donationes mortis causâ factæ reſcindi debere; quia legatorum inſtar obtinent,* l. 17.

Mortis causâ *capimus non tunc ſolùm, cùm quis ſuæ mortis causâ nobis donat: ſed & ſi propter alterius mortem id faciat,* l. 18. pr.

Senatus cenſuit, *placere mortis causâ donationes factas in eos, quos lex prohibet capere, in eadem causâ haberi, in quâ eſſent, quæ teſtamento his legata eſſent, quibus capere per legem non liceret,* l. 35. pr.

Mortis causâ *donatio fit multis modis, aliàs extra ſuſpicionem ullius periculi à ſano, & in bonâ valetudine poſito; cui ex humanâ ſorte mortis cogitatio eſt: aliàs ex metu mortis, aut ex præſenti periculo, aut ex futuro. Siquidem terrâ mariq; tam in pace, quàm in bello, & tam domi, quàm militiæ multis generibus mortis periculum metui poteſt,* l. 35. §. 4.

Si duobus *debitoribus mortis causâ donaturus creditor uni acceptum tulit, & convaluerit; eligere poteſt, utri eorum condicat,* l. 35. §. 6.

Mortis causâ *donatur, quod præſens præſenti dat; at mortis causâ capi intelligitur, & quod non cadit in ſpeciem donationis,* l. 38.

DIGEST. LIBRUM XL.

EXhibetur VELIS. Etenim literæ VE nobis notant 40. Tituli hujus libri ſunt 16. Poſtremus eſt, *De Colluſione detegendâ.* QUADRATA eſt QUERCUS, ſub quâ dominus cum ſervo colludit. Liber hic continetur VELIS libertinitatis, quæ ſervi ad favonium (*favorem*) dominorum dirigebant ad impetrandam libertatem: quoniam domini eos poterant (1) *manumittere* (2. 3. 4. 5.) multis modis, atque eis (6) *libertatem* etiam *adimere*, (7) inprimis, ſi ſub *conditione manumiſſi*, (9) & ab IMPUBERIBUS, (11) *qui natalibus non potuerunt reſtitui*, (13) licet *proclamârent ad libertatem*, (14) tanquam *ingenui*, (15) cùm tamen eſſent *de Plebe* infimâ PLETELARII (16) *colludentes.* *Materiæ LIB. XL. DIGEST.*

ANCILLA eâ lege empta erat, ut manumitteretur: quæ ex conſtitutione divi Marci venit ad libertatem, *ex l. 10.* (*Ancilla iſta ex manu, ſub quâ & ex quâ abit læta & libera, pileum libertatis inſigne geſtat.*)

BACULUS ſeu vindicta à magiſtratu imponitur ſervo, atque ita manumittitur. (*manus ſupra caput ſervi dimittit ſervum, qui pileum libertatis inſigne habet.*) Cauſa hujus manumiſsionis probata non poterat retractari, *l. 9. in fin.* Licet verba ſolennia non fuerint dicta, *l. 23.*

1. De Manumiſſionibus.

(Manumiſſio *eſt datio libertatis, ubi conſiderandum venit, qui manumitti, & qui manumittere poſſint, & apud quos.*)

2. De Manumiſſis Vindictâ.

(*Facta olim manumiſſio vindictâ ſeu virgâ apud magiſtratum, apud quem erat legis actio, domino præſente.*)

Cauſæ *probationis contradicendum; non etiam cauſa jam probata retractanda eſt,* l. 9. in fin.

Verba ſolennia, *licet non dicantur, ut dicta accipiuntur,* l. 23.

K Cu-

3. DeManumiſſionibus, quæ Servis ad Univerſitatem pertinentibus imponuntur.

Divus Marcus *omnibus* Collegiis, *quibus* Coëundi *jus eſt*, *manumittendi poteſtatẽ dedit*, l. 1.

4. De Manumiſſis Teſtamento.

(*Teſtator* Directò Dare *poteſt teſtamento libertatem*, ex l. 43. *quæ teſtamentaria manumiſsio reliquis laxior eſt.*)

In obſcuro *favorabiliùs reſpondetur*, l. 10. in fin.

Vulgò dicitur, *ſub pluribus conditionibus datâ libertate, leviſsimam conditionem ſpectandam eſſe*, l. 45.

Nihil obeſt, *quòd in ſyllabâ erratur*, l. 54. pr.

5. De Fideicommiſſariis libertatibus.

(*Per fideicommiſſum obliquè datur libertas, quum teſtator fidei heredis committit, ut ſervum manumittat; quo caſu manumiſſus fit heredis libertus.*)

Cùm *invitis illis* (qui libertatem acceperunt) *poſsint bona propter libertatem addici, utiq; etiam abſentibus*, l. 4. §. 3.

Diſcendi cupiditate, *quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum ejus* (Solonis) *ſententiæ, qui dixiſſe fertur: Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere*, l. 20.

Quid tam *contrarium eſt ſervituti, quàm libertas*, l. 21.

Fideicommiſſaria *libertas prætextu* Expilatæ *hereditatis aut rationis geſtæ non differtur*, l. 23. pr.

Non tantùm *verba fideicommiſsi, ſed & mens teſtatoris tribuere ſolet libertatem fideicommiſſariam*, l. 24. §. 8.

Multa *contra juris rigorem pro libertate ſunt conſtituta*, l. 24. §. 10.

Ex juſtâ causâ *abeſſe eos demum dicendum eſt, qui non habent injuſtam cauſam abſentiæ*, l. 28. §. ult.

Fideicommiſſæ libertates *neq; ætate, neq; conditione, neq; morâ non præſtantium tardiusve reddentium corrumpuntur, aut in deteriorem ſtatum perducuntur*, l. 30. §. 16.

Libertas *dividi, & ſic pro parte præſtari non poteſt*, l. 31. §. 1.

Humanum *non fuerit, ob rei pecuniariæ quæſtionem libertati moram fieri*, l. 37.

Nihil æquè *gratum ſervis præſtari poteſt, quàm libertas*, l. 39. in fine.

Ea damna, *quæ caſu ita acciderint, ut ſervo nihil poſsit imputari, non pertinent ad reliquorum onus*, l. 41. §. 7.

Noviſſima *ſcriptura valet; in obſcuro libertas prævalet*, l. 50.

Quatenus *libertas non privata, ſed publica res eſt, ultro is, qui eam debet, offerre debet*, l. 53. pr.

Prætor *parvulis ſubvenit*, l. 55. §. 1.

6. De Ademptione Libertatis.

CURIA, ex quâ ſervus ad COLLEGIUM univerſitatis pertinens manumittitur, (*ex manu* CURIÆ *dimittitur*) auctoritate divi Marci, qui hanc poteſtatem omnibus COLLEGIIS dedit, *l. 1.*

DIRECTO & DIRECTIS verbis DATUR libertas teſtamento. (*in tabulis teſtamenti eſt teſta cum ſeptem ſigillis, & expanſa manus, quæ* DIRECTO dimiſit ſervum ad libertatem.) Obſcurum licet videretur, favorabiliùs tamen reſpondebatur pro libertate, *l. 10. in fine.* Et ſub pluribus conditionibus leviſsima fuit ſpectata; *l. 45.* Neque oberat, quòd in ſyllabâ fuiſſet erratum, *l. 54. pr.*

ENIXÆ ancillæ per Fideicommiſſum data erat libertas; cujus partus in cunis jacens, quoniam eam manumittere rogatus moram fecerat, liber natus. (*l. 53.*) Eidem abſenti etiam EXCELLENS bibliotheca propter libertatem fuerat addicta, *l. 4. §. 3.* Ob ſingularem diſcendi cupiditatem, *l. 10.* (*aſsidet cunis & legit in libro diſcens.*) Cognoſcitq; ex illo libro, quòd nihil tam contrarium ſit ſervituti, quàm libertas, *l. 21.* Illam manumittere rogatus diſtulerat ei libertatem reddere, prætextu EXPILATÆ hereditatis, *l. 23. pr.* Et ob rei pecuniariæ quæſtionem, *l. 37.* Sed damna, quæ caſu acciderant, non poterant ei imputari, *l. 41. §. 7.* Verùm & verba teſtatoris, & mens ejus illi dederant Fideicommiſſariam libertatem, *l. 24. §. 8.* (*Teſtudinem cum fidibus, & pileum, libertatis inſigne, habet ſecundùm teſtatoris verba & mentem.*) Et noviſsima teſtatoris ſcriptura valebat; atq; etiam in obſcuro prævalebat libertas, *l. 50.* Quam obtinuit contra rigorem juris, *l. 24. §. 10.* Citata non habebat injuſtam abſentiæ cauſam; quoniam modò ENIXA, *l. 28. §. ult.* Rogatus illam manumittere, licet tardiùs reddidiſſet libertatem; ea tamen non fuit corrupta, aut in deteriorem ſtatum perducta, *l. 30. §. 16.* Nec illa patiebatur libertatem ſuam dividi, aut pro parte tantùm præſtari, *l. 31. §. 1.* Quoniam nihil ei æquè gratum erat, quàm libertas, *l. 39. in fin.* Quæ, quum res ſit publica, ab iſto ultro debuiſſet offerri, *l. 53. pr.* Enixa ancilla rogaverat prætorem, ut huic ſuo parvulo ſubveniret, *l. 55. §. 1.*

FAVOR, ex quo libertas huic data, deſigna-

ſignatur *pileo* cum *variis ligulis*, quas vulgò *Faveurs* appellant: pileum illum iſte liberto invito juſſu magiſtratus, adeóque lege, adimere conatur.

Gibbosus ſtatu liber eſt. (*ſtat in pileo, libertatis inſigni, nixus anchorâ & ſpe libertatis*) Ei enim ſub certâ conditione & ad certum diem libertas fuit promiſſa: ſolicitâ ſpe igitur diem & conditionem expectat, (*nititur anchorâ, ſpei notâ*) quoniam libertas pecuniâ nec lui, nec reparari poteſt, *l.9.* §. *2.* Sicuti nec tempus reparari poteſt, quod tam operarum præſtationi, quàm itineri ineſt, *l.20.*§.*5.* (*iſte in pileo ita ſtans neq; operas præſtat, neq; iter facit.*)

Hasta Domini, ad quam ſervus ob gravem infirmitatem decumbit, derelictus eſt à domino ſuo Hastato; qui quum convaluiſſet, ad libertatem pervenit, legis beneficio. (*Hastam & gladium dominum ſecutus portaverat; quæ cum libertate retinuit, ipſeq; factus Hastatus.*)

Impuber viginti annis minor Inutili manumiſſione manumittit (*ex impoſitâ manu*) ſervum alienum Impuberem & ad perpetua vincula damnatum, in fraudem creditoris, contra legem Aeliam Sentiam. (*Sentes conculcat adeoq; contemnit legem Sentiam.*) Ipſe debitor de facultatibus ſuis ampliùs ſperabat, quàm in iis erat, *l.10.* Quâ de causâ creditoribus cum illo, tanquam cum fraudatore, erat actio, *l.16.* §.*2.*

Jus denotat libra juſtitiæ inſigne; in quâ annuli ferrei libertinorum, & aurei ingenuorum penduntur & examinantur.

Libertinus natalibus ſuis reſtituitur à Principe illo, qui eum, quòd ex nobili familiâ olim ortus, gladio donat, & jus gladii geſtandi ei reddit, tanquam nobili.

Miles iſte coram magiſtratu agit *de Liberali Causâ*, alterum Militem ex libertate in ſervitutem petens, quòd ille parentem ſervum haberet, *l.1.* §.*1.* Melioris igitur conditionis is, qui dubiæ eſt libertatis, non erat,

(*Libertas teſtamento data ex poſt facto lege adimebatur, tanquam indigno.*)

7. De Statu Liberis.

(*Sub die aut conditione ſæpè teſtamento libertas adſcribebatur, ac proinde ſuſpendebatur: ita verò manumiſſus interim ſervus erat, & ſtatu liber dicebatur*, ex l. 1.)

Libertas *pecuniâ lui non poteſt, nec reparari poteſt*, l. 9. §. 2.

Ineſſe videtur *tempus tam operarum præſtationi, quàm itineri*, l. 20. §. 5.

8. Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt.

(*Certis caſibus ſine manumiſſione ſervi ad libertatem perveniebant, ſolo legis beneficio; ut, ſi ſervus necem domini detexiſſet: aut, ſi ob gravem infirmitatem pro derelicto à domino habitus; aliisve de cauſis.*)

9. Qui & à quibus manumiſſi Liberi non fiunt; & ad legem Aeliam Sentiam.

(*Quidam manumiſſi à dominis liberi ipſo jure non fiebant, lege impediente, & manumiſſio erat* Inutilis. *ita manumitti non poteſt ſervus alienus; ad perpetua vincula damnatus; relegatus, ſed in urbe moratus. item, qui manumiſſi à minore viginti annis: & manumiſſi à debitore in fraudem creditoris contra legem Aeliam Sentiam: de quâ* l. 27. pr.)

Sæpè de facultatibus *ſuis ampliùs, quàm in his eſt, ſperant homines*, l. 10.

Creditores *adpellantur, quibus quacunq; ex causâ actio cum fraudatore competit*, l. 16. §. 2.

10. De Jure aureorum annulorum.

(*Manumiſſi fiebant libertini, & obnoxii erant privato juri patronatus: Sed & ſtatu libertinorum liberantur beneficio Principis, ſi ejus beneficio jus aureorum annulorum impetrâſſent,* (libertini enim tantum ferreis utebantur) *quo caſu jura ingenuitatis adipiſcebantur; ſalvo tamen jure patronatus.*)

11. De Natalibus Reſtituendis.

(*Plenam ingenuitatem conſequebantur libertini, ſi conſenſu patronorum à Principe natalibus fuerunt reſtituti: quo caſu jus patronatus exſtinctum*, l. ult.)

12. De liberali causâ.

(*Actio de liberali causâ eſt, quum quis ex libertate in ſervitutem petitur: & ſi quis ex ſervitute in libertatem proclamat.*)

Neque M odica filii *ignominia eſt, ſi parentem ſervum habeat*, l. 1. §. 1.

M elioris conditionis *eſſe non debet, qui dubiæ libertatis eſt, quàm qui certæ*, l. 24. §. ult.

Vulgò dicitur, *poſt ordinatum liberale judicium hominem, cujus de ſtatu controverſia eſt, liberi loco eſſe*, l. 25. §. 2

quàm alter, qui certæ, *l. 24. §. ult.* Sed ille poſt ordinatum liberale judicium liberi loco erat, *l. 25. §. 2.*

13. Quibus ad Libertatem proclamare non licet.

(*Quibusdam ad libertatem proclamare non licet; ut, qui 25 annis major ſe venundari paſſus eſt. nec ei provocare licet, qui per vim domino ereptus teſtamento liber factus eſt.*)

N OMENCLATOR iſte, in lapide ſtans, 25 annis major, proclamat ſeſe venundandum; cui poſtea non licebat ad libertatem proclamare.

14. Si ingenuus eſſe dicetur.

(*Siquis manumiſſus ſe ingenuum eſſe dicit, atque id probat, fit ingenuus.*)

O RATORIS (palliati) libertus dicit, & probat eidem, ſe eſſe ingenuum. (*libertus, aperto capite adſtans* O RATORI, *abjicit pileum, libertatis inſigne, quoniam ipſe, tanquam ingenuus, eo non indigebat.*)

15. Ne de Statu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

(*Ne, qui pro libero mortuus, ſervus eſſe dicatur poſt quinquennium In meliorem tamen conditionem quæri poteſt; veluti, liber poteſt dici, qui, ut ſervus, mortuus: aut ingenuus, qui, ut libertus eſt defunctus.*)

P ROLETARIUS P AUPERRIMUSQUE P LEBEIUS hic ſepultus jacet quinquennium; de cujus ſtatu in partem deteriorem jam non licet quærere; at verò in meliorem.

16. De Colluſione detegendâ.

(*Servi dominis colludentibus ſæpè ad ingenuitatem proclamabant, ut ad honores eveherentur; quum tamen revera eſſent ſervi. Ne igitur ampliſſimus ordo ita inquinaretur, SC. factum eſt Domitiani temporibus, quo cautum, ut, ſi quis intra Q uinquennium probâſſet, per colluſionem quicquam factum; ſi iſte homo ſervus ſit, fieret ſervus ejus, qui detexiſſet colluſionem.*)

Q UA DRATA Q UERCUS eſt, ſub quâ dominus cum ſervo colludit chartis luſoriis pro ingenuitate. Tertius interveniens obſervat, & colluſionem illam intra Q UINQUENNIUM detegit, unde iſte ejus poſtea factus eſt ſervus.

DECADIS V. LIBER I. eſt


DIGESTORUM LIBER XLI,

C*Ujus tituli circumſcribuntur* A RMILLA, *quæ ad acquiſita pertinet. Literæ* AI *nobis deſignant* 41. *Sunt in hoc libro tituli* 10. *Poſtremus eſt,* Pro ſuo. J A COBUS *iſte* J UMENTUM *illud tenet* pro Suo. (1) A UCEPS *acquirit* Dominium *ejus*, (2) *quod* B RABANTINI *amittunt: Qui deinde* (3) C ULTROS Uſurpabant, (4) Emptores *facti*, (5) Pro *eorum* Herede & poſſeſ- *Materiæ LIB. XLI. DIGEST.* ſore, (6) *Cui fuerant* Donati, (7) *tanquam* Derelicti (8) *in* H ORTO legato; *qui erat* (9) *è regione* I NSULÆ *in* Dotem datæ; *ad quam* (10) JA COBUS J UMENTUM pro Suo tenet.

1. De Acquirendo Rerum Dominio.

Quarundam rerum *dominium nanciſcimur jure*

A CQUIRIT A UCEPS A VIUM *Dominium*, jure gentium & civili, *l. 1. pr.* Quoniam erant *nullius*, adeóque A UCUPI occupanti conce-


Dig. XLII. Bidens
Dig. XLIII. Circin
Dig. XLIV.
Dig. XLV.
Dig. XLVI. Astuca
Dig. XLVII.
Dig. XLVIII.
Dig. XLIX. Insignia
Dig. L.
Regulæ

Quarundam rerum [illegible]

[illegible] ce-

ceduntur, *l.3.pr.* Quædam illarum AVIUM *naturalem libertatem* recipiunt, earumq; *perſecutio difficilis* eſt, *l.5.pr.* Quemadmodum ipſe AUCEPS aliquando in ſervitutem deductus *hoſtium poteſtatem evaſerat*, receperatq; priſtinā libertatem, *l.7.pr.* AVES captas cum aliis AUCUPIS AVIBUS miſcebat, atque ita *corpus* efficiebat *commune l.7.§.8.* Ad quod nuda iſtius voluntas ſufficiebat, *l.9.§.5.* Deinde AUCEPS iſte omnes illas AVES pupillo cuidam tradebat, qui eas ita *acquirebat ſine tutoris auctoritate, l.11.* Sed *amplius*, aut plures non potuit transferre AVES, quàm fuerant apud ipſum, *l.20.pr.* Poſtea alias ac plures AVES cepit ad *flumina Cenſitorum, l.30.§.3.* (*ſunt in caveâ.*) Quas non nudè tradebat; ſed vendebat (*l.31.pr.*) hereditati, (*domus hereditaria*) quoniam *perſonam defuncti* ſuſtinet, *l.34.* Et *pro domino* habetur, *l.61.pr.* Cujus *ſubſtitutio* cum nondum competebat, *l.42.* Verùm *res incorporales* hoc ſuo reti nec capere poterat, nec tradere, *l.43.§.1.* Ipſe tamen creditori rete hoc AUCUPATORIUM, pignus, vendendo, *dominium* ejus *præſtabat*, quod non habuerat, *l.46.* Ad quod recuperandum habet actionem, *l.52.* (*axis rem recuper.* legitur; deſignat actionem ad rem recuperandam) Quoniam ex *mandato* quidem *emptum*; ſed nondum traditum eſt, *l.59.* In AUCUPII illius loco donum fortunæ, theſaurum, invenit, *l.63.§.1.* Quem, licet *alienum*, *in cenſum* deduxit, *l.64.*

gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræquè ſervatur: quarundam jure civili, l.1.pr.

Quod nullius eſt, *id ratione naturali occupanti conceditur*, l.3. pr.

Naturalem libertatem *recipere intelligitur, cùm vel oculos noſtros effugerit, vel ita ſit in conſpectu noſtro, ut difficilis ſit ejus perſecutio*, l. 5. pr.

Adeò quidem, ut & liberi homines *in ſervitutem deducantur: qui tamen, ſi evaſerint hoſtium poteſtatem, recipiunt priſtinam libertatem*, l. 7. pr.

Voluntas duorum *dominorum miſcentium materias, commune totum corpus efficit*, l. 7. §. 8.

Interdum etiam ſine traditione *nuda voluntas domini ſufficit ad rem transferendam*, l.9.§.5.

Pupillus, quantum *ad acquirendum, non indiget tutoris auctoritate: alienare verò nullam rem poteſt, niſi præſente tutore auctore; ut ne quidem poſſeſsionem, quæ eſt naturalis*, l.11.

Traditio nihil amplius *transferre debet vel poteſt ad eum, qui accipit, quàm eſt apud eum, qui tradit*, l. 20. pr.

Flumina Cenſitorum *vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum*, l. 30. §. 3.

Nunquam nuda traditio *transfert dominium; ſed ita, ſi venditio, aut aliqua juſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſequeretur*, l. 31. pr.

Hereditas non heredis perſonam, *ſed defuncti ſuſtinet*, l. 34.

Hereditas in multis partibus *juris pro domino habetur, adeóq; hereditati quoq; ut domino, per ſervum hereditarium acquiritur*, l. 61. pr.

Subſtitutio, quæ *nondum competit, extra bona noſtra eſt*, l. 42.

Incorporales res *traditionem & uſucapionem non recipere manifeſtum eſt*, l. 43. §.1.

Non eſt novum, *ut, qui dominium non habeat, alii dominium præbeat*, l. 46.

Rem in bonis noſtris *habere intelligimur, quotiens poſsidentes, exceptionem; aut amittentes, ad reciperandam eam, actionem habemus*, l. 52.

Res ex mandato meo *empta non prius mea fit, quàm, ſi mihi tradiderit, qui emit*, l. 59.

Theſaurus *donum fortunæ creditur*, l. 63. §. 1.

Quæ quiſque aliena *in cenſum deducit, nihilo magis ejus fiunt*, l. 64.

BELLIGERANTES iſti acquirunt *poſſeſſionem* Bonorum BELLO captorum, (*l.1.§.1.*) quam ejecti BRABANTINI *amittunt.* Qui tamen poſtea bonorum illorum poſſeſsionem non quidem corpore, ſed *oculis* & *affectu* (*deſignat oculus ad ædes pictus*) apprehendere volebant, *l.1.§.21.* Verùm non adipiſcebantur eam, niſi *corpore* & *animo*, *l.3.§.1.* (*corpore, animo*: leguntur.) Quum interim BELLIGERANTES iſti *naturaliter* viderentur *poſsidere* bona illa, quorum habebant uſumfructum, *l.12.pr.* Sed harum rerum fiebat *furtum*,

2. De Acquirendâ vel Amittendâ Poſſeſsione.

Non eſt corpore & actu *neceſſe apprehendere poſſeſsionem; ſed etiam oculis & affectu*, l. 1. §. 21.

Adipiſcimur poſſeſſionem *corpore & animo; neq; per ſe animo, aut per ſe corpore*, l.3.§.1.

Naturaliter videtur poſſidere *is, qui uſumfructum habet*, l.12. pr.

Furtum ſine contrectatione fieri *non poteſt; nec animo furtum admittitur*, l. 3.§.18.

Rem, quæ nobis ſubrepta eſt, perinde intelligimur deſinere poßidere, atq; eam, quæ vi nobis erepta eſt, l. 15.

Differentia inter dominium & *poſſeßionem hæc eſt, quòd dominium nihilo minùs ejus manet, qui dominus eſſe non vult: poſſeſsio autem recedit, ut quiſq; conſtituit nolle poſsidere*, l. 17. §. 1.

Quod meo nomine *poſsideo, poſſum alieno nomine poſsidere. Poßidet, cujus nomine poſsidetur*, l. 18.

Non videtur poſſeſſionem *adeptus is, qui ita nactus eſt, ut eam retinere non poſsit*, l. 22.

Exitus controverſiæ *poſſeßionis hic eſt tantùm, ut priùs pronunciet judex, uter poßideat. ita enim fiet, ut is, qui victus eſt de poſſeßione, petitoris partibus fungatur, & tunc de domino quæratur*, l. 35.

Permiſceri cauſas poſſeſſionis *& uſusfructus non oportet: quemadmodum nec poſſeſsio & proprietas miſceri debent*, l. 52.

3. De Uſurpationibus & Uſucapionibus.

Bono publico *uſucapio introducta eſt, ne ſcilicet quarundam rerum diu, & ferè ſemper, incerta dominia eſſent, cùm ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium*, l. 1.

Uſurpatio eſt *uſucapionis interruptio*, l. 2.

Uſucapio eſt adjectio *dominii per continuationem poſſeßionis temporis lege definiti*, l. 3.

Sine poſſeſſione *uſucapio contingere non poteſt*, l. 25.

Initium uſucapionis *intueri debemus, ſicut in emptis rebus placuit*, l. 4. §. 18.

In uſucapionibus *non à momento ad momentum, ſed totum poſtremum diem computamus*, l. 6.

Uſucapionem recipiunt *maximè res corporales, exceptis rebus ſacris, ſanctis, publicis P. R. & civitatium; item, liberis hominibus*, l. 9.

Adversùs fiſcum *uſucapio non procedit*, l. 18.

Ubi lex inhibet *uſucapionem, bona fides poſsidenti nihil prodeſt*, l. 24. pr.

Præſcriptio *longæ poſſeſsionis ad obtinenda loca juris gentium publica concedi ſolet*, l. 45. pr.

Nunquam in uſucapionibus *juris error poſſeſſori prodeſt*, l. 31. pr.

Pignori rem acceptam *uſu non capimus; quia pro alieno poſsidemus*, l. 13. pr.

Si rem pignori datam *debitor ſubripuerit & vendiderit, uſucapi eam poſſe, Caſsius ſcribit*, l. 4. §. 21.

Partus *rei furtivæ pars non eſt*, l. 10. §. ult.

Furtum ſine affectu *furandi non committitur*, l. 37. pr.

In uſucapionibus *mobilium continuum tempus numeratur*, l. 31. §. 1.

Incertam partem *poſsidere nemo poteſt*, l. 32. §. 2.

non animo, ſed *contrectatione*, *l. 3. §. 18.* (*fur iſte contrectans ſurripit & aufert illa, quæ portat.*) Quæ BELLIGERANTES deſinebant poſsidere; ſicut BRABANTINI iſti vi erepta, *l. 15.* Ac tum diſcebant *differentiam inter dominium & poſſeßionem*, *l. 17. §. 1.* Qui *alieno* etiam *nomine*, videlicet tribuni ſui, *poßidebant* illa bona, *l. 18.* Sed poſſeſsionem illam non poterant retinere, *l. 22.* Nam *exitus controverſiæ* hic erat, ut judex pronunciaret, ut petitoris partibus fungerentur BELLIGERANTES, *l. 35.* Qui cauſas poſſeſsionis & uſusfructus non patiebatur permiſceri, *l. 52.*

CULTRI iſti, quoniam *uſurpabantur*, non poterant *uſucapi*. Licet enim *uſucapio* bono publico ſit introducta, *l. 1.* Ea tamen *uſurpatione* interrumpitur, *l. 2.* Nam *Uſucapio* per *continuationem* temporis lege definitur, *l. 3.* (*continuationem temporis* deſignant *clepſydræ continuatæ.*) Quæ *ſine poſſeſsione* contingere non poteſt, *l. 25.* (*ſine* legitur apud poſtem.) Cujus *initium* intuendum, ſicut in rebus emptis, *l. 4. §. 18.* Neque à *momento* ad momentum, (*non à momento* legitur) ſed totus *poſtremus dies* computandus, *l. 6.* Neque Cultri iſti poterant uſucapi; licent eſſent res corporales: erant enim *ſacri* & *publici*, qui, ſicuti *liberi homines*, non uſucapiuntur, *l. 9.* Pertinentque ad *fiſcum*, adverſùs quem uſucapio non procedit, *l. 18.* Ubi lex uſucapionem inhibet, *l. 24. pr.* (*baculus ad tabulas legum* deſignat *inhibitionem legis.*) Neque conceditur præſcriptio longæ poſſeſsionis, (*longus poſtis* eſt *publicus*) ad obtinenda loca publica, *l. 45. pr.* Nam *juris error* poſſeſſori nihil quicquam prodeſt, *l. 31. pr.* (*error* ad patinam, in quâ *jus*, ſignificat *errorem juris.*) Cultrorum iſtorum unus erat Corinthius, ſeu ex ære Corinthio factus, qui *pignori* acceptus uſu non capiebatur, *l. 13. pr.* (*ad cultrum iſtum* legitur *pignus.*) Eum deinde ipſe *debitor ſurripuit* & vendidit, *l. 4. §. 21.* Unà cum partu, (*infans faſciatus*) qui tamen rei furtivæ pars non eſt, *l. 10. §. ult.* Quem tamen ſurripuerat *ſine affectu furandi*, *l. 37. pr.* (*ſine affectu furandi* legitur.) Numerandũ aliàs quoque fuiſſet Cultrorum iſtorum mobilium *tempus continuum*, *l. 31. §. 1.* (*mobil.* legitur ad continuatas clepſydras.) Quorum *incertam partem* poſsidere nemo poteſt, *l. 32. §. 2.* (*in-*

(*incertam part.* legitur.) Neque ſuæ rei pignus contrahere, *l.33. §.5.*

DOMICILIUM iſtud emerat DEPECULATOR iſte, ab eo, quem putaverat eſſe DOMINUM, (*l. 2.*) atque hinc gerit ſe pro Emptore. (*jactat* Diploma *ſeu inſtrumentum eâ in re factum; & crumenam, in quâ fuerat pecunia, quam pro* Domicilio *illo ſolverat.*) Exiſtimabat igitur ſe emiſſe, *l.11.* Verùm non opinio illius, ſed ſubſtantia rei intuenda, *l. 2. §. 2.* (*ſubſt.* legitur.) Neque *juris error* ei proderat, *l.2. §.15.* (*error* ad paropſidem, in quâ *jus* ſignificat *errorem juris.*) Procedebat tamen ei *tempus venditoris* ad uſucapionem, *l. 2. §.20.* (clepſydra venditoris innuit *tempus venditoris.*) Idem in re pupilli ſui volebat haberi *loco Domini*, quum tamen pupillum ſpoliaret, *l.7. §.3.*

EQUISO iſte gerit ſe pro *Herede* & *Poſſeſſore* EQUILIS & EQUORUM, qui in illo ſunt: (*ſedens in poſte* indicat *poſſeſſorem. Bona hereditate accepta* deſignant *heredem.*) Sed *cauſam* poſſeſſionis ſuæ non poterat mutare, *l. 2. §.1.* (*caudam*, i. e. cauſam, piſcis caudam, quæ ante illam eſt, immutare non poteſt in quadrupedis caudam.)

FILIUS iſte pro *Donato* accipit poculum aureum à patre non domino, cujus tamen non capiet uſum, (*l.1. §.1.*)

GALEA, ſub quâ GROSSI reconditæ, pro *Derelicto* habita aufertur & poſsidetur à *Grammatiſte* iſto.

HORTUS à non domino *Legatus* pro *Legato* poſsidetur à *Legato.* (*Legatus jactat mandata ſeu literas ſuas* HONORARIAS, *ſive credentiales.*)

INSULAM illam pro *Dote* dederat huic ſuæ filiæ pater non dominus.

JACOBUS JUMENTUM hoc alienum pro *Suo* & proprio tenet, juſto errore ductus: Quæ ignorantia tolerabilis eſt, *l.5. in fin.*

Non intelligitur *quis ſuæ rei pignus contrahere*, l.33. §. 5.

4. Pro Emptore.

Quod vulgò traditum eſt, *eum, qui exiſtimat, ſe quid emiſſe, nec emerit, non poſſe pro emptore uſucapere; hactenus verum eſſe ait*, &c: l. 11.

Subſtantia potiùs (*i. veritas*) *intuenda, quàm opinio*, l. 2. §. 2.

Juris error *nulli prodeſt*, l. 2. §. 15.

Emptori tempus *venditoris ad uſucapionem procedit*, l. 2. §. 20.

Tutor in re pupilli *tunc Domini loco habetur, cùm tutelam adminiſtrat, non, cùm pupillum ſpoliat*, l. 7. §. 3.

5. Pro Herede vel pro Poſſeſſore.

Quod vulgò reſpondetur, *cauſam poſſeſſionis neminem ſibi mutare poſſe, ſic accipiendum eſt; ut poſſeſſio non ſolùm civilis, ſed etiam naturalis intelligatur*, l. 2. §. 1.

6. Pro Donato

Poßidet is, in quem non dominus donatione vel imaginariâ venditione rem tranſtulit.)

7. Pro Derelicto

Poſsidetur res pro derelicto habita ab eo, qui putabatur dominus.)

8. Pro Legato

Animo uſucapiendi poſsidetur legatum ab eo, qui exiſtimatur dominus.)

9. ro Dote

Poſsidetur, quod in dotem à non domino datum poſt nuptias celebratas detinetur.)

10. Pro Suo

Poſsidet is, qui juſto errore ductus rem alienam, ut ſuam & propriam, tenet. Et hoc titulo poſsidentur ea, quæ alium non habent titulum. Hinc etiam proſpicit hic titulus bonæ fidei poſſeſſoribus. Eſt autem bona fides ignorantia rei alienæ.)

In alieni facti ignorantiâ *tolerabilis error eſt*, l.5. in fine.

DIGEST. LIB. XLII

TItuli *ſunt inter & circa* BIDENTEM. BIDENS *enim duos habet dentes, quorum uno condemnantur, altero abſolvuntur rei. Nam literæ* BI *nobis ſigni-*

ſignificant 42. *Liber hic titulos habet* 8. *Poſtremus eſt*, Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur. HALOPHANTA *eſt* HORTULANUS *iſte, qui* HERBAS *in fraudem creditorum vendidit.* EIDENTE *illo judicis* (1) Re judicatâ ABSOLUTUS *eſt* (2) Confeſſus BUBULCUS, (3) Qui, *ut* CARCERE *liberaretur*, CESSIT bonis. (4) *In eorum* poſſeſſionem *ex* DECRETO *prætoris ibat creditor*, (5) *illáq;* EFFICACI *auctoritate prætoris* poſſidebat & vendebat. (6) Frumentum *tamen* ſeparabat, (7) *eiq;* *dabat* Curatorem, (8) *Qui cogebat* HALOPHANTAM HORTULANUM *reſtituere* Herbas *in* Fraudem creditorum *alienatas.*

1. De Re Judicatâ, & de Effectu Sententiarum, & de Interlocutionibus.

Solviſſe accipere *debemus non tantùm eum, qui ſolvit; verùm omnem omnino, qui eâ obligatione liberatus eſt, quæ ex causâ judicati deſcendit*, l. 4. §. 7.

Ex eo tempore *quicquid æſtimatur, quod noviſſimè ſolvi poterit*, l. 11.

Morbus ſonticus *exiſtimandus eſt, qui cujusq; rei agendæ impedimento eſt*, l. 60.

Inter eos, quibus ex eadem causâ *debetur, occupantis melior eſt conditio*, l. 19. pr.

Inter pares numero judices *ſi diſſonæ ſententiæ proferantur, in liberalibus quidem cauſis pro libertate ſtatutum obtinet: in aliis autem cauſis pro reo*, l. 38. pr.

Judex, poſteaquam ſemel *ſententiam dixit, poſtea judex eſſe deſinit. & hoc jure utimur, ut judex, qui ſemel vel pluris vel minoris condemnavit, ampliùs corrigere ſententiam ſuam non poßit: ſemel enim malè ſeu bene officio functus eſt*, l. 55.

Quod juſſit vetuitve *prætor, contrario imperio tollere & repetere licet: de ſententiis contrà*, l. 14.

A divo Pio reſcriptum eſt, *magiſtratus populi Romani, ut judicum à ſe datorum vel arbitrorum ſententiam exequantur hi, qui eos dederunt*, l. 15. pr.

Quidam conſulebat, *an valeret ſententia à minore viginti quinq; annis judice data? & æquißimum eſt, tueri ſententiam ab eo dictam, niſi minor decem & octo annis ſit. Certè, ſi magiſtratum minor gerit, dicendum eſt, juriſdictionem ejus non improbari*, l. 57. pr.

Sæpè conſtitutum eſt, *res inter alios judicatas aliis non præjudicare*, l. 63. pr.

ABSOLVITUR reus per *Rem Judicatam; (manum imponendo abſolvit reum)* alios etiam condemnat, quod deſignat *fracta ferula* in ſententiâ latâ; (*ex l. 1.*) *ſententiam* ex ſcripto legit judex. ABSOLVITUR, quia ſolviſſe (*ſolviſſe* legitur) judicatur reus iſte, *omnisq; liberatur* eâ obligatione, quæ ex hac causâ deſcendit, *l. 4. §. 7.* Et judicatur *ſolviſſe* ex eo tempore æſtimatum, quo noviſsimè ſolvi poterat, *l. 11.* ABSOLVITUR quoq; reus propter *morbum ſonticum, l. 60.* Idem judex etiam pronunciat, quòd inter eos, quibus ex eadem causâ debeatur, *occupantis melior* debeat eſſe conditio, *l 19. pr.* Statuit quoque *pro libertate*, (*pro* apud *pileum*, qui libertatis ſignum) & *pro reo* hoc, quem abſolvit, *l. 38. pr.* Neque ſententiam ſuam poterat *corrigere*, *l. 55.* Licet, quod *juſſerat* aut *vetuerat*, poſſet tollere, *l. 14.* Et magiſtratus ex Pii reſcripto ejus ſententiam deinde *exequebantur*, *l. 15. pr.* Illius enim juriſdictio non poterat improbari, licet XXV annis eſſet minor, *l. 55. pr.* Neque res inter alios judicatæ ejus ſententiis quicquam præjudicabant, *l. 63. pr.*

2. De Confeſſis.

Confeſſus *pro judicato eſt, qui quodammodo ſuâ ſententiâ damnatur*, l. 1.

Certum confeſſus *pro judicato erit: incertum, non erit*, l. 6. pr.

Non fatetur, *qui errat, niſi jus ignoravit*, l. 2.

BUBULCUS ille *Confeſſus* coram monacho inter cætera ſua peccata, ſe BOMBARDA hac ſuâ, quæ adjacet, monachi iſtius BOVEM trajeciſſe; Quod PRO JUDICATO eſt, *l. 1.* Non enim *incertum* erat confeſſus, ſed certum, *l. 6. pr.* Neque *erraverat* jaculando, jus ignorans, *l. 2.*

3. De Ceſſione Bonorum.

(*Hoc flebile & miſerabile beneficium debitoribus*

CARCERIS *ſqualore* liberatus eſt debitor ille; quoniam prædium iſtud ſuum creditoribus conceſsit. Sed modicum, quod

poſt

poſt bona ſua vendita denuo acquiſivit, neque, quod alimentorum nomine fuerat relictum, poterat venire, *l. 6.*.

DECRETO prætoris ibidem affixo, quod creditor commonſtrat, in *Poſſeſſionem* it (*in poſtem*, i. e. in *poſſeſſionem* it, ad quem bona, *pecunia* & *ſupellex.*) DEBITORIS abſentis & non defenſi, Pecuniæ hujus ſervandæ causâ; legatorum gratiâ; (*pecunia, quæ eſt in unâ illâ crumenâ, erat legata*) & ventris nomine, *l. 1.* Debitor enim iſte *poterat conveniri*; neque erat is, qui nondum conveniri poſſet, *l. 7. §. 14.* (*quid intereſt* &c: leguntur.)

EFFICACI Auctoritate judicis EBURNEUM illum poſtem (*poſſeſſ.*) *poſſidet* ac deinde *vendit* creditor. Venit autem Ebur iſtud, ubi *defendi* debebat debitor, *l. 1.* i. e. ubi habet *domicilium*, (*domus*) & ubi contraxerat, *l. 3.* Repetit autem creditor, quicquid in rem impendebat, *l. 9.* (*quicquid impendit repet. poteſt* legitur) *Major pecunia* ei debetur; eſt igitur inter creditores potior, *l. 5.* Verùm *reſpublica creditrix* & huic, & cæteris creditoribus deinde præfertur, *l. 38.* (*urbs* deſignat *rempublicam*; ſupra quam *cruces* indicant *creditorem.*)

FRUMENTUM hoc, quod ex diverſis patrimoniis erat mixtum, *Separatur*, ut diverſis ſatisfiat creditoribus.

GRAVIA bona debitoris in ſacco gerit *curator* datus; quibus ſatisfacturus eſt creditoribus.

HALOPHANTA eſt HORTULANUS iſte, qui debitor herbas illas pretioſas in ollis in fraudem creditorum vendiderat; quas deinde reſtituere eſt coactus. Nam *ſuum recipiebant* creditores, qui ita *nullam* faciebant *fraudem*, *l. 6. §. 6.* Secundùm jus civile, quod *vigilantibus* ſcriptum *l. 24. in fine.* (*jus in paropſide* ad *civitatem* eſt *civile*: *bubo vigilans aſſidet.*)

ære alieno obrutu conceditur, ad evitandum Carceris ſqualorem.)

Qui bonis ſuis ceſſit, *ſi modicum aliquid poſt bona ſua vendita adquiſivit, iterum bona ejus non veneunt*, &c: l. 6.

4. Quibus ex Cauſis in Poſſeſſionem Eatur.

(*In poſſeſſionem bonorum aliquando itur rei ſervandæ causâ, non, ut diſtrahantur bona judicis auctoritate: quod extra ordinem introductum eſt, ut is, contra quem petitur bonorum poſſeſſio, ad officium cogatur.*)

Tres ferè cauſæ ſunt, *ex quibus in poſſeſſionem mitti ſolet: rei ſervandæ causâ, item legatorum ſervandorum gratiâ, & ventris nomine*, l. 1.

Quid intereſt, *debitor quis non ſit, an nondum conveniri poſſit?* l. 7. §. 14.

5. De Rebus auctoritate Judicis Poſſidendis [ſeu Vendendis.]

Venire bona *ibi oportet, ubi quisq; defendi debet*, l. 1.

Ubi domicilium *habet*, l. 2.

Aut ubi quiſque *contraxerit*, l. 3.

Generaliter dicendum eſt, *quicquid impendit in rem, ſi modò ſine dolo malo impendit, repetere eum poſſe*, l. 9. §. 4.

Inter creditores *potior is, cui major pecunia debebitur*, l. 16.

Reſpublica creditrix *omnibus chirographariis creditoribus præfertur*, l. 38.

6. De Separationibus.

(*Separatio in bonorum venditione inſtituenda, ut ex ſingulis patrimoniis proprium æs alienum ſolvatur; ex bonis defuncti ſatisfiat creditoribus hereditariis, & ex bonis heredis creditoribus heredis*, l. 1.)

7. De Curatore bonis dando.

(*Solet etiam creditorum conſenſu, aut magiſtratus auctoritate curator dari bonis creditorum, qui ea curet, actiones, loco abſentis debitoris, excipiat, utiles exerceat, bona diſtrahat & creditoribus ſatisfaciat.*)

8. Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur.

(*Curator vel creditores, ſi debitor in ipſorum fraudem quid geſſerit, aut alienaverit, actione Paulianâ illud reſtitui petunt.*)

Qui ſuum recipit, *nullam videtur fraudem facere*, l. 6. §. 6.

Jus civile *vigilantibus ſcriptum eſt*, l. 24. in fin.

DIGEST. LIB. XLIII

TItuli collocati ſunt circa CIRCINUM, propter literas CI, quæ nobis faciunt 43. Tituli hujus libri ſunt 33. Poſtremus eſt de Salviano Interdicto. NExa eſt Supellex. CIRCINO illo deſcribuntur varii Interdictorum CIRCULI. *Materiæ LIB. XLIII DIGEST.*

L ATRAE

1. De Interdictis (ſive Extraordinariis Actionibus, quæ pro his competunt.)

(*Interdicta olim erant judicia prætoria, poſſeſſionis vel quaſi poſſeſſionis causâ comparata, quibus prætores aliquid fieri jubebant aut prohibebant: pro quibus hodie extraordinariæ actiones competunt.*)

2. Quorum Bonorum

Interdictum eſt reſtitutorium, quo heredes hereditatem adipiſcuntur ab eo, qui pro herede vel poſſeſſore eam tenet.)

3. Quod Legatorum

Interdictum quoq; reſtitutorium eſt, quo heredi reſtituitur legatum à legatario propriâ auctoritate occupatum.)

4. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit.

(*Prohibitorium eſt interdictum, quod datur ei, qui non fuit admiſſus ad poſſeſſionem; & ei, qui eſt depulſus. Qui autem vim fecit, tantum præſtare cogitur, quantum, ut miſſus poſſeſſionem habeat, intereſt.*)

5. De Tabulis Exhibendis.

(*Interdictum eſt Exhibitorium, quod datur contra eum, apud quem ſunt tabulæ teſtamenti aut codicillorum, ut eas exhibeat, aut præſtet id, quod intereſt.*)

6 Nequid in Loco Sacro fiat.

(*Interdictum hoc propoſitum eſt religionis tuendæ causâ, competitq; contra eum, qui in loco ſacro facit aliquid deformitatis vel incommodi, ut in priſtinum ſtatum illud reſtituat,* l. 1.)

7. De Locis & Itineribus publicis.

(*Ne videlicet illa occupentur. Aliàs cuilibet in publicum petere permittitur, quæ ad uſum omnium pertinent,* l. 1.)

8. Nequid in Loco Publico vel Itinere fiat.

(*Interdictum hoc eſt prohibitorium: ne videlicet quid in loco publico vel itinere fiat, aut ædificetur, inve eum immittatur, quâ ex re quid damni detur; néve vis fiat ei, qui utitur viâ publicâ.*)

In loco publico *prætor prohibet ædificare*, l. 1.

Interdictum hoc prohibitorium eſt, & *tam publicis utilitatibus, quàm privatorum per hoc proſpicitur*, l. 2. §. 1. & 2. (*Ne videlicet deterior fiat via*, l. 2. §. 30. 31. 32. *Daturq; cuilibet contra eum, qui, ad impediendum publici loci vel itineris uſum, facit quid vel immittit, præter id, quod licitè poterat, ad id, ut factum vel immiſſum tollatur.*)

Damnum pati videtur, *qui commodum amittit, quod ex publico conſequebatur*, l. 2. §. 11.

Siquis nemine prohibente *in publico ædificaverit, non eſt cogendus tollere*, l. 2. §. 17.

Solarium *vectigal appellatur ex eo, quòd pro ſolo pendatur*, l. 2. §. 17.

Res Fiſcales *quaſi propriæ & privatæ principis ſunt*, l. 2. §. 4.

ATRAE AXES (i. e. *actiones*) ſunt Extraordinariæ, (*curvæ*) quas iſte ſecuri ſuâ conatur findere: Sed *Interdicitur* ei à veniente prætore. Idem ille ſecuri iſtâ deinde ARBORES volebat cædere: (*l. 2. pr.*) ſed iterum *interdicto* prætoris fuit prohibitus. (*Interdictum ſcriptum eſt in appensâ tabulâ.*)

BARO BASILICAM illam *Bonam*, quam pro herede poſſederat, interdicto reſtituere cogitur vero heredi.

CANDELABRA illa *legata*, quæ legati iſti (*legatarii*) occupârant, juſſu prætoris reſtituunt heredi.

DAMNUM DAT iſte (*ex leg. 4. §. ult.*) dolo malo (*dolone*) alteri in poſſeſſionem (*poſtem*) miſſo, eúmque detinet, adeóque vim ei facit.

EXACTÆ ſunt *Tabulæ iſtæ codicillorum*, quas juſſu prætoris *Exhibet*, qui detinuerat. *Exhibentur* autem apud prætorem, cujus auctoritate ejus ſignatores admoniti veniunt ad recognoſcenda ſigna ſua. (*ex leg. 3. §. 9.*)

FANUM iſte FABER deformat, quod tamen in priſtinum ſtatum vi hujus edicti reſtituere fuit coactus.

GALLI iſti armati *Loca & Itinera Publica* cuſtodiunt, ne occupentur. *Via* illa eſt *militaris*, non *vicinalis*: exitum enim habet ad GARUMNAM flumen. (*l. 3.*)

HABITACULUM iſti in *Loco publico* ac *Itinere* ædificant contra interdictum prætoris, *l. 1.* Qui publicis & privatorum utilitatibus ita proſpexerat, *l. 2. §. 1.* Attamen via publica HABITACULO ita *deterior* facta eſt, *l. 2. §. 30. 31. 32.* Quapropter *cuilibet datum* fuerat contra eundem agere. *Damnum* enim *pati* videbantur, qui commoditatem viæ ita amittebant, *l. 2. §. 11.* Sed cùm illum ædificantem *prohiberet nemo*, poſtea non potuit cogi, ut HABITACULUM illud tolleret, *l. 2. § 17.* Sed *pro ſolo* pendit *ſolarium*, *l. 2. §. 17.* Pars enim illius ſoli erat *fiſcalis* & principis propria, *l. 2. §. 4.*

IMA-

IMAGO & ſtatua in *Publico* poſitæ ſunt; quia ſunt ornamenta reipublicæ, *l. 2.* Neq; *impediebant publicanum*, quo minùs loco illo publico frueretur.

JACIUNT JANITORES iſti *ſtercora & morticina* in *Viam Publicam*; ac in eâ *rixantur* contra interdictum. coacti tamen poſtea ſunt ſtercora illa auferre.

LATERIBUS LATERITIAM *Viam Publicam* iſte reficit, quam populus *non amiſit*, licèt aliquamdiu eâ non fuiſſet uſus, *l. 2.* *Non impeditur* iſte reficiens viam: non enim viam illam publicam *in vicini agrum rejicit*, l. 1. pr. Verùm, quum antea eam *exarâſſet*, ad munitionem ejus ſolus compellitur, *l. 3. in fine.*

MARMOREA MOLA in *Flumine* contra prætoris interdictum facta; unde flumen illud *pejùs navigatur.* (*navis ad Molam hærens ulteriùs nequit provehi.*) Verùm *Mola* iſta erat ædificata *in Inſulâ*, quæ in flumine illo fuerat nata, *l. 1. §. 6.* In *publico & perenni* flumine, *l. 1. §. 3.*

NAVIGIUM in flumen immittitur, contra edictum, ut aqua aliter fluat, quàm priori æſtate fluxit.

ONERARIA navis *per Flumen Publicum* agitur, ejúſque ONERA in ripâ exponuntur, OBLATRANTE nemine: interdixerat enim prætor.

PALANTIBUS his PALISQUE *Ripam munientibus* non eſt vis facienda.

9. De Loco Publico Fruendo.

(*Ne publicanis, qui loca publica, porticus, areas, inſulas, balnea, lacus, ſtagna, &c: conduxerunt, aut eorum ſociis vis fiat, quo minùs ex lege locationis locis publicis conductis fruantur*, l. 1.)

Concedi ſolet, *ut imagines & ſtatuæ, quæ ornamenta reipublicæ ſunt futura, in publicū ponantur*, l. 2.

10. De Viâ Publicâ, & ſiquid in eâ factum eſſe dicatur.

(*Ad tuitionem viæ urbicæ pertinet hoc interdictum, in quâ nihil fiat, quod prætereuntibus nocere aut impedimento eſſe queat. Huic rei occurrunt Ædiles jure ſuæ poteſtatis; daturq; cuilibet, contra eum, qui quocunq; modo vias publicas impedit, ad id, ut, quod factum, reſtituatur, & via reficiatur*, l. un.)

11. De Viâ Publicâ & Itinere Publico reficiendo.

(*Ne vis fiat ei, qui viam publicam itérve ruſticum reficit. Competitq; cuilibet, contra impedientem reficere viam publicam, vel iter*, l 1.)

Viam publicam *populus non utendo amittere non poteſt*, l. 2.

Si in agrum vicini *viam publicam quis rejecerit; tantum in eum viæ receptæ actio dabitur, quanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt*, l. 3. pr.

Qui viam publicam *exaraverit, ad munitionem ejus ſolus compellitur*, l. 3. in fin.

12. De Fluminibus, nequid in flumine publico, ripáve ejus fiat, quo pejùs navigetur.

(*Nequid fiat, quo navigatio vel navium ſtatio in ripâ fiat deterior*, l. 1. pr. *daturq; cuilibet, contra eum, quiquid in flumine facit.*)

Si inſula in publico *flumine fuerit nata, inq; eâ aliquid fiat; non videtur in publico fieri: illa enim inſula aut occupantis eſt, ſi limitati agri fuerunt: aut ejus, cujus ripam contingit: aut, ſi in medio alveo nata eſt, eorum eſt, qui propè utraſq; ripas poſſident*, l. 1. §. 6.

Publicum flumen *eſſe Caſſius definit, quod perenne ſit*, l. 1. §. 3.

13. Nequid in Flumine Publico fiat, quo aliter aqua fluat, atq; uti priori æſtate fluxit.

(*Ne aquæ fluxus mutetur. Datur contra eum, qui derivationibus illicitis facit, ut flumen vel excreſcat, aut mutato alveo aliter fluat*, l. un.)

14. Ut in Flumine Publico Navigare liceat.

(*Ne vis fiat ei, qui navigat in flumine, vel eo, uti oportet, utitur: veluti, ſi piſcatur in eo, vel ad id appellit.*)

15. De Ripâ Muniendâ.

(*Ne vis fiat tuenti, reficienti, munienti ripam fluminus, agrúmve, qui circa ripam eſt*, l. un.)

16. De Vi & Vi Armatâ.

(*Hactenus de publicis: Nunc de privatorum rebus agitur in titulis ſequentibus. Interdictum hoc de vi datur ad amiſſam poſſeſſionem recuperandam; ſive quis fundo ſine armis ſit dejectus, quæ* Vis Quotidiana *dicitur; ſive cum armis. Competitq; ei, qui per vim de poſſeſſione rei immobilis dejectus eſt, contra vim facientem, ad reſtitutionem poſſeſſionis & omnium rerum mobilium, quæ ibi fuerunt, cùm dejiceretur,* l. 1.)

Parvi referre *viſum eſt, ſuis manibus quis dejiciat, an verò per alium,* l. 1. §. 12.

Non excuſatus eſt, *qui juſſu alicujus dejecit,* l. 1. §. 13.

In maleficio ratihabitio *mandato comparatur,* l. 1. §. 14.

Vim vi repellere licet, *idq; jus naturâ comparatur. Apparet autem ex eo, arma armis repellere licere,* l. 1. §. 27.

Vis ſine corporali *vi locum non habet,* l. 1. §. 29.

Quirites Quadragenarios iſtos poſſeſſores de Quadrato ſuo fundo ſeu agro dejiciunt per Vim & Vim armatam. Neque id *per alios*, ſed *ſuis* ipſi faciunt manibus, *l. 1. §. 12.* Neque excuſantur, quòd *juſſu alterius* id faciunt, *l. 1. §. 13.* Cujus etiam *ratihabitio* mandato comparatur, *l. 1. §. 14.* Licuiſſet quidem iſtis *Quadragenariis* vim vi & arma armis repellere, *l. 1. §. 27.* Verùm inermes erant, neque *vis ſine corporali vi* poterat habere locum, *l. 1. §. 29.*

17. Uti Poſſidetis.

(*Interdictum hoc datum fundi poſſeſſori, contra turbatorem, aut eum, qui poſſeſſionem iſtam ſibi arrogat.*)

Semper ſuperficies *ſolo cedit,* l. 3. §. 7.

Regula Retinendi *Poſſeſſionem* eſt hæc: Uti possidetis; (*quod regulæ inſcriptum.*) Retinet alter poſtem, (i.e. *poſſeſſionem*) qui tanquam ſuperficies ſolo ceſſerat, *l. 3. §. 7.*

18. De Superficiebus.

(*Competit ei, qui ſuperficiem poſſidet in ſolo alieno, quod in perpetuum vel ad longum tempus conduxit, contra turbantem in poſſeſſione, ad modum interdicti,* Uti poſſidetis.)

Superficiariæ ædes in *Superficie* ſoli alieni conducti exſtructæ ſunt *(l. 2.)* à Superficiariis, qui non ſunt turbandi.

19. De Itinere Actúq; privato.

(*Interdictum hoc pertinet ad retinendam quaſi poſſeſſionem itineris, actus, viæ privatæ, per fundum alienum: quæ ſunt ſervitutes ruſticæ,* l. 1.)

Nec corrumpi aut mutari, *quod rectè transactum eſt, ſuperveniente delicto poteſt,* l. 2. (*corrumpi aut mutari* legitur.)

Tuitionem (*l. 1. §. 2.*) *Itineris & Actus privati*, per quem pecora aguntur, præſtat prætor haſtatus. Idem ſtatuerat, quòd rectè tranſacta ſuperveniente delicto non poſsint corrumpi aut mutari, *l. 2.*

20. De Aquâ Quotidianâ & Aeſtivâ.

(*Interdicto hoc retinemus uſum, vel adipiſcimur quaſi poſſeſſionem aquæ ducendæ ex alio, ſive à capite, ſive ex caſtello,* i. e. *receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit.*)

Villa iſta *Aquâ Quotidianâ & Æſtivâ* Vitiata & deterior facta eſt; eâ de causâ debet interdici, *ex l. 1. §. 27.*

21. De Rivis.

(*Interdictum hoc tuetur eos, qui reficiunt & purgant rivos, ſpecus & ſepta, aquæ ducendæ causâ comparata, contra impedientes,* l. 1. & ult.)

Agendus eſt hic *Rivus*, reficiendus & purgandus, ne Aquæ uſus auferatur, hominéſque ſiti necentur. *l. ult.*

22. De Fonte.

(*Aquæ hauſtus nomine interdicta ſunt:* Ne vis fiat fonte, lacu, puteo utenti; Ne vis fiat fontem, lacum, puteum reficienti, *qui aquâ eorum hoc anno rectè uſus eſt.*)

Beneficio *fontis* iſte utitur, atque ex eo aquam haurit; quoniam hoc anno eâ aquâ rectè fuerat uſus.

23. De Cloacis.

(Urbana *ſervitus eſt jus immittendæ* Cloacæ, *cujus nomine interdicta ſunt:* Ne vis fiat purganti & reficienti; Ne quid immittatur, vel fiat, quo uſus deterior ſit, vel fiat, l. 1. Neque vis fiat ei, qui novam Cloacam eſt facturus, l. 2. *Eſt autem* Cloaca *locus cavus, per quem colluvies civitatis vel domus dejicitur.*)

Celsæ ſunt Cloacæ iſtæ, per quas *colluvies* publica & privata dejicitur.

DE-

DECUTIENS iſte ex vicini arbore poma vicini non *Vi* ſed *Clam.* Ea deinde vi edicti reſtituere cogitur. Qui *ſtultus* volebat melioris eſſe conditionis, quàm *peritus, l. 4.*

EQUES *Remiſſus* eſt ad *Remiſſiones* nunciandas, quas tabulâ iſtâ conſcriptas jactat & adfert.

FLENS iſte *Precariam* poſſeſsionem illius fundi per libellum ſupplicem petit à domino. *Precaria* erat poſſeſsio; quia *precibus* petita, *l. 1. pr.* Sed domini illius *liberalitate* tam diu uti poterat iſte, quamdiu ipſe volebat, *l. 2. §. 2.* (*dominus liberalis eſt, qui pecuniam ex crumenâ ſuâ projicit & largitur potenti.*) *Suæ* autem *rei* non eſt precarium, *l. 4. §. 3.* Hinc *duo* iſti poſſeſsionem illius fundi *in ſolidum* precariò habere nequeunt, *l. 19. pr.*

GEMELLÆ *Arbores* vi interdicti *caduntur*, quæ luminibus ædium iſtarum officiunt, tectóque nocent.

HERUS iſte etiam HESTERNAS glandes in vicini fundum lapſas colligit & aufert.

INGENUUS iſte & *Liber Homo* dolo malo à milite iſto retentus vi interdicti *exhibetur.*

JERICHUNTE *Judæus* iſte Chriſtiani dolo malo detinuerat liberos, quos vi interdicti exhibet eorum parenti.

LECTICA illa eſt res mobilis, in quâ portandus homo eò, UTRUBI majore parte hujus anni fuerat, *l. un. pr.*

24. Quod vi aut clam.

(*Interdictum hoc reſtitutorium datum eſt domino prædii, contra facientem aliquid vi aut clam, ut reſtituat, damnumq; reſarciat,* l. 1.)

Non melioris conditionis *ſint ſtulti, quàm periti,* l. 4.

25. De Remiſſionibus.

(*Opus ne fiat, prohiberi poteſt per* operis novi nunciationem; *ubi, ſi jus prohibendi habeamus, ne ædificetur, nunciatio tenet, non miſſa fit: ſi verò prohibendi jus non habemus, nunciatio remittitur,* l. un.)

26. De Precario.

(*Ei, qui precariò dedit roganti uſum vel poſſeſſionem alicujus rei, datum eſt hoc interdictum, contra eum, qui precariò habet, ut reſtituatur res precariò data.*)

Precarium eſt, *quod precibus petenti utendum conceditur tam diu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur,* l. 1. pr.

Naturâ æquum eſt, *tamdiu te liberalitate meâ uti, quamdiu ego velim; & ut poſſim revocare, cùm mutavero voluntatem,* l. 2. § 2.

Rei ſuæ *precarium non eſt,* l. 4. §. 3.

Duo in ſolidum *precariò habere non magis poſſunt, quàm duo in ſolidum vi poſſidere, aut clam. nam neq; juſtæ, neq; injuſtæ poſſeſſiones duæ concurrere poſſunt,* l. 19. pr.

27. De Arboribus Cædendis.

(*Interdictum hoc datum eſt contra vicinum meum, cujus arbores luminibus mearum ædium officiunt, aut tectis meis nocent, ut eas cædere mihi liceat: Item, ut arbores in fundum aut agrum meum impendentes quindecim pedes à terrâ coërcere mihi liceat,* l. 1.)

28. De Glande Legendâ.

Vi hujus interdicti licet mihi glandem, i. e. *omnem fructum meum in vicini fundum cadentem, tertio quoque die colligere,* l. un.)

29. De Homine Libero exhibendo.

(*Hoc unicum interdictum officii causâ comparatum eſt, contra eum, qui dolo malo ſupprimit, vel apud ſe retinet hominem liberum, ut eum exhibeat,* l. 1. &. 3. *Hominem enim beneficio affici hominis intereſt.*)

30. De Liberis Exhibendis, item ducendis.

(*Jubetur is, qui liberos meos, aut nepotes, qui ſunt in meâ poteſtate, dolo malo retinet, eos eáſve exhibere.*)

31. De Utrubi.

(*Hoc interdictum pertinet ad retinendam poſſeſſionem rerum mobilium, adverſus quemcunq; quanti intereſt, poſſeſſionem retinere, vel in eâ non fuiſſe turbatum,* l. un.)

32. De Migrando.

(*Per interdictum hoc inquilinus ſeu conductori migraturo licet res ſuas, ſolutâ penſione, liberè auferre; neq; ei exportanti aut abducenti ſua vis eſt facienda,* l. 1. pr.)

MERCENARIUS inquilinus ſeu conductor ſolvit *MERCEDEM* ſeu penſionem ædium domino, *migraturus*, & res ſuas liberè exportat, abducitque puerum iſtum ibi natum, *l. 1. pr.*

33. De Salviano Interdicto.

(*Interdictum hoc ſuperiori contrarium eſt, & favet locatori ſeu domino prædii locati, ad proſequendam poſſeſſionem rerum conductoris, pro mercede pignori obligatarum,* l. 1.)

NEXAM conductoris ſupellectilem variam pignori obligatam retinet *Salviæ* (eſt herbæ genus) *anus*, i. e. *Salvianus*. Tabulæ iſti interdictum eſt inſcriptum.

DIGEST. LIB. XLIV.

T*ituli exhibentur in* DIſco. *Literæ* DI *nobis deſignant* 44. *Liber hic continet titulos* 7. *Poſtremus eſt de* Obligationibus & Actionibus. GRAVES *ſunt* GENERALES Obligationes *&* Actiones. *Inſtar* DIſci *volvuntur* (1) Exceptiones (2) Rei judicatæ, (3) Temporibus diverſis. (4) *Interdum etiam* DOLO, (5) *Quo non data* Actio (6) Litigantibus (7) de GRAVIBUS *&* GENERALIBUS Obligationibus.

1. De Exceptionibus, Præſcriptionibus & Præjudiciis.

Reus in exceptionibus *Actor eſt*, l. 1.

Exceptio dicta eſt *quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cujusq; rei ſolet, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationémve deductum eſt*, l. 2. pr.

Nemo prohibetur *pluribus exceptionibus uti, quamvis diverſæ ſunt*, l. 8.

Omnes exceptiones, *quæ reo competunt, fidejuſſori quoq;, etiam invito reo, competunt*, l. 19.

(*Præſcriptio non tam actioni ipſi, quàm ejus exercitio opponitur, ut, cùm tempore finita dicitur actio; vel, cùm fori objicitur præſcriptio. Vulgò dicitur* Exceptio præſcriptionis.)

Etſi res judicata ſit *ex falſis inſtrumentis, ſi poſtea falſa inveniantur, rei judicatæ præſcriptio opponi non poteſt*, l. 11.

(*Præjudicia ſunt ſpeciales quædam exceptiones, quibus excluditur actio hac ratione, quòd futuræ graviori actioni præjudicium faciat.*)

ACTOR in *Exceptionibus* reus factus (*l. 1.*) multis & variis utitur gladiis ad *exceptiones* perpetuas, peremptorias, temporales & dilatorias, (*l. 2.*) ut eas opponant ad *excludendam intentionem* actoris, *l. 2. pr.* Neque ille poterat prohiberi *pluribus & diverſis* gladiis ſeu *exceptionibus* uti, *l. 8.* Quibus etiam poſtea uſus *fidejuſſor*, *l. 19.* (*fidejuſſor* legitur.) Idem quoque reus ACTOR factus *præſcriptiones* literis, quas manu gerit, contentas opponit. Verùm, quum poſt rem judicatam *inſtrumenta* deprehenſa fuiſſent *falſa*, præſcriptionem *rei judicatæ* non potuit opponere, *l. 19.* (*falſa inſtrumenta* legitur.) *Præjudicia* tamen opponebat alia ad actionem excludendam.

2. De Exceptione Rei judicatæ.

(*Exceptio hæc competit reo, pro quo judicatum erat, ad perimendam actionem, quâ actor de eadem causâ denuo experitur.*)

Generaliter exceptio *rei judicatæ obſtat, quoties inter eaſdem perſonas eadem quæſtio revocatur, vel alio genere judicii*, l. 7. §. 4.

Ampliùs, quàm ſemel, *res mea eſſe non poteſt: ſæpiùs autem deberi poteſt*, l. 14. §. penult.

BUCCINATOR habet *Exceptionem Rei Judicatæ*, quam BUCCINA publicè nunciaverat. Conſiſtit in eadem caudâ. (*cauſa.*) *Eadem* enim *quæſtio* inter eaſdem perſonas (*illa verba leguntur*) fuerat revocata, *l. 7. §. 4.* Buccina hæc, inquit ille, non ampliùs, quàm *ſemel*, mea eſſe poteſt, *l. 14. §. penult.* (*illa quoq; leguntur.*)

3. De Diverſis Temporalibus Præſcriptionibus, & de Acceſſionibus poſſeſſionum.

CONSTITUTA heic ſunt *diverſa Tempora* in diverſis clepſydris, à diverſis ac-

qui-

quiſita, adeò ut conjunctæ longum efficiant tempus.

DOLONE (*Dolo*) nudato tantus *Metus* injectus erat ei, qui habebat *malum* aureum, ut illo projecto aufugeret. Verùm alteri illi, qui injecerat iſti metum, DOLUS iſte nihil profuit, *l.1.*§.1. *Petitio* enim ejus hac potuit exceptione elidi, *l.2.*§.*5.* Idem creditor accipiendo *uſuras diſtulit petitionem*, *l. 2. §. 6.* Eas enim erat redditurus, DOLO igitur petiit, *l. 8.*

EXURITUR axis, (*Actio*) & deinceps non datur. Videlicet propter *juramentum: (manus digitos attollit quaſi jurans)* aut propter *aleam:* aut *libertatem,* quam deſignat *pileus.*

FUSTIBUS armati, quibus erant pugnaturi, FRUSTRA litigant de FOENO potentiori adverſario vendito.

GRAVIA ſunt *Genera* varia *Obligationum* & chirographarum, quas manus iſtæ tenent: item *Actionum,* quas deſignant *axes.* *Obligationibus* iſtis, tanquam jure, erant vinctæ manus conſtrictæque vinculis. Vincula illa contracta erant *maleficio*, quod admiſerant, aliiſque cauſis, *l.1.pr.* Hinc Actio, ſeu jus judicio perſequendi, in eaſdem natum, *l. 51.* Quoniam rem negligenter cuſtodierant, *l.1. §.5.* Ac deinde peregre profectæ, quaſi ſtatim rediturae, *l.5.* Ut cum pupillo contraherent, *l.5. §.1.* Qui tamen, mutuam etiam pecuniam accipiendo, non obligatur, *l.59.* (*Pupus* ſeu *pupa in crumenâ habet pecuniam mutuam & chirographas diſcerptas; quoniam iis non obligatur.*) Licèt per *errorem* ei ſoluta eſſet pecunia, *l.5.§.3.* Ac licèt noviſsimus dies nondum totus fuiſſet completus, *l.6.* (*noviſs. legitur ad notam diei.*) Anno enim aliquo dare promiſerat, *l.50.* (*in annulo, qui nobis deſignat annum.* legitur *aliquo dare.*) Licèt etiam in eo loco contraxiſſet, in quo ut ſolveret, ſe obligâſſet pupillus, *l.21.* (*loco* legitur.) Actiones verò pœnales tranſibant (*per axes i. e. per actiones: pennæ i.e. pœnales: ambulant i.e.*

(*Temporalium præſcriptionum exceptiones ſunt, quæ temporis beneficio acquiruntur; ut, ſiquis longo tempore rem aliquam poſſederit. Acceſsiones poſſeſsionum dicuntur, quum tempora præcedentis poſſeſſoris proſunt ſequenti.*)

4. De Doli Mali & Metus exceptione.

(*Hæc exceptio contra petentem datur ei, qui* Dolo *circumventus, aut vi ac metu compulſus aliquid promiſit.*)

Ne cui Dolus *ſuus per occaſionem juris civilis contra naturalem æquitatem proſit,* l. 1. §. 1.

Dolo facit, *quicunq; id, quod quaquà exceptione elidi poteſt, petit,* l. 2. § 5.

Accipiendo uſuras *diſtuliſſe videtur* (creditor) *petitionem in id tempus, quod eſt poſt diem uſurarum præſtitarum, & tacitè conveniſſe, interim ſe non petiturum,* l. 2. §. 6.

Dolo facit, *qui petit, quod redditurus eſt*, l. 8.

5. Quarum rerum Actio non Datur.

(*Aliquando res ipſæ, quæ petuntur, inducunt exceptionem; ſi videlicet actio ipſo jure nulla eſt: Veluti, ſi cauſa juramento deciſa; aut, ſi quæ res in aleâ geſtæ ſunt; aut, ſi patronus libertatis onerandæ causâ ſtipulatus eſt.*)

6. De Litigioſis.

(*Exceptio rei litigioſæ eſt, quæ objicitur ei, qui rem litigioſam, quam ab eo, cui de eâ lis fuit cum altero, comparavit, perſequitur.*)

7. De Obligationibus & Actionibus.

(*Obligatio eſt juris vinculum, quo quis neceſsitate adſtringitur alicujus rei ſolvendæ, ſecundùm noſtræ civitatis jura.*)

Obligationes *aut ex contractu naſcuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris*, l. 1. pr.

Nihil aliud eſt *Actio, quàm jus, quod ſibi debeatur, judicio perſequendi*, l. 51.

Qui negligenti amico *rem cuſtodiendam committit, de ſe queri debet*, l. 1. §. 5.

Plerumque homines *eo animo peregre proficiſcuntur, quaſi ſtatim redituri*, l. 5. pr.

Nullum negotium *inter tutorem & pupillum contrahitur*, l. 5. §. 1.

Pupillus, mutuam pecuniam *accipiendo, nē quidem jure naturali obligatur*, l. 59.

Qui ſolvit *per errorem, magis diſtrahendæ obligationis animo, quàm contrahendæ dare videtur*, l. 5. §. 3.

In omnibus temporalibus *actionibus, niſi noviſſimus totus dies compleatur, non finit obligationē*, l. 6.

Quod quis aliquo anno *dare promittit, aut dare damnatur; ei poteſtas eſt, qualibet ejus anni die dandi*, l. 50.

Contraxiſſe *unusquiſq; in eo loco intelligitur, in quo ut ſolveret, ſe obligavit*, l. 21.

tran-

Omnes poenales actiones *poſt litem inchoatam & ad heredes tranſeunt*, l. 26.

Ex contractibus venientes actiones *in heredes dantur, licèt delictum quoq; verſetur*, l. 49.

Cùm ex uno delicto *plures naſcuntur actiones, omnibus experiri permitti, poſt magnas varietates obtinuit*, l. 32.

Non figurâ literarum, *ſed oratione, quam exprimunt literæ, obligamur: quatenus placuit, non minùs valere, quod ſcripturâ, quàm quod vocibus linguâ figuratis ſignificaretur*, l. 38.

Creditores eos *accipere debemus, qui aliquam actionem vel civilem habent, (ſic tamen, ne exceptione ſummoveantur) vel honorariam actionem, vel in factum*, l. 42. §. 1.

Ubi de obligando quæritur, *propenſiores eſſe debemus, ſi habeamus occaſionem, ad negandum. Ubi de liberando, ex diverſo, ut facilior ſis ad liberationem*, l. 47.

tranſeunt) ad manuum iſtarum heredes, *l. 26.* Actiones quoq; ex manuum illarum contractu venientes in earum heredes dabantur, *l. 49.* (*duæ manus contrahunt fila, quibus deinde earum quoq;* heredes obligantur.) Hiſque ex uno manuum delicto naſcebantur plures actiones, *l. 32.* (*ex uno delicto plures actiones* legitur in axe.) Obligatæ enim ſunt manus iſtæ non *figurâ* literarum, quas ſcripſerant in literis iſtis, ſed *oratione*, quam exprimunt literæ, *l. 38.* (*non figurâ* legitur.) Quas dederant ſuis creditoribus, qui inde habent actionem, *l. 42. §. 1.* *Creditores* (hi propter *fidem* ſeu τὸ *credere* nobis *cruce* ſignantur) tenent axes eaſque habent, i. e. actiones. Sed judex propenſior fuit ad negandum & liberandum, *l. 47.* (*Vinculis iſtis demum liberatæ ſunt manus, quòd omnia negâſſent: propens. adnegandum* etiam legitur.)

DIGEST. LIB. XLV.

Titulos 3. *habet* Ens Is. *Etenim literæ* EI *nobis deſignant* 45. Ens Is *dominorum minitatur ſervis non rectè* ſtipulantibus. *Poſtremus eſt de* Stipulatione Servorum, Chlamydatus *eſt* Communis *ſervus, qui ſtipulatur alteri ſervo.* (1) Absens *iſte per ſervum ſuum exigit* Obligationes Verborum, (2) *Et ut* Binos *conſtituat* reos, (3) *Quod etiam factum per* ſtipulationes Servorum *Communium.*

1. De Verborum Obligationibus.

(*Verborum obligationes, ſeu ſtipulationes, ſunt conventiones ſolennibus verbis ex interrogatione & reſponſione confectæ, quæ ab aliis obligationibus dependent, inventæ, ut cæteræ obligationes iis firmentur.*)

Caſum adverſamq; fortunam *ſpectari hominis liberi, neq; civile, neq; naturale eſt*, l. 83. §. 5.

Stipulatio *non poteſt confici, niſi utroq; loquente*, l. 1. pr.

Stipulatio *eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturúmve ſe, quod interrogatus eſt, reſponderit*, l. 5. §. 1.

Is, cui bonis interdictum *eſt, ſtipulando ſibi acquirit; tradere verò non poteſt, vel promittendo obligari*, l. 6.

Stipulatio non valet, *in rei promittendi arbitrium collatâ conditione*, l. 17.

Qui bis idem promittit, *ideo jure ampliùs, quàm ſemel, non tenetur*, l. 18.

Generaliter novimus, *turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti*, l. 26.

Si flagitii faciendi *vel facti causâ concepta ſit ſtipulatio, ab initio non valet*, l. 123.

Absens iſte, exigitque *Obligationes Verborum*, i. e. ſtipulationes, per ſervum ſuum, (*ſtipulationes* ſignificant *ſtipulæ*, quas manus illa tenet) ipſe enim & mutus & ſurdus eſt, (*ex l. 1. pr.*) Quem *caſum hominis liberi* ſpectare neque civile, neque naturale eſt, *l. 83. §. 5.* Stipulatus quoque ſervus nomine *infantis*, quem iſte geſtat, (*l. 1. pr.*) Conficitur ſtipulatio per ſervum; quoniam non, niſi *utroq; loquente*, ſtipulatio conficitur, *l. 1. pr.* Adeóque *interrogatione* ac *reſponſione*, *l. 5. §. 1.* (*ſignum interrogationis, ? & reſponſionis,* ℞.) Iſti Absenti & muto licèt bonis eſſet interdictum; nihilominus *per ſervum* ſtipulando *acquirebat*, *l. 6.* Cujus ſtipulationis conditio in rei promittendi arbitrio non erat, *l. 17.* (*in arbitrio* legitur.) Iſte *bis* quidem promittit idem; ſed tamen non ampliùs, quàm ſemel, tenetur, *l. 18.* Verùm ſervi iſtius *ſtipulationes turpes* nullius erant momenti, *l. 26.* (*turp.* legitur.) Neque ſtipulatio *flagitii causâ* valet, *l. 123.* Alter vero, à quo ſtipulatus, quum ſe fidejuſsiſſe ſcripſiſſet,

omnia

omnia viſa ſunt *ſolenniter* acta, *l.30.* (*Fidejuſſ.* ſcriptum in chartâ.) Cui tamen *mora* rei nocebat, *l.88.* (mori, i.e. mora nocet.) Erat autem iſta ſtipulatio ita compoſita, ut eâ omnia *ſpecialia* fuerint comprehenſa, *l.53.* (*ſpecialiter* legitur.) Quæ verò extrinſecùs adjecta, ut: *arma virúmq; cano*; pro *ſupervacuis* habita, *l.65.pr.* (*extrinſecùs pro ſupervacuis* legitur.) Neque Abſens iſte *rem ſuam* futuram utiliter potuit ſtipulari, *l.87.* (*nemo rem ſuam futur.* legitur.) Ob culpam debitoris, l.91.§.3. (*Oligatio perpet.* legitur.) Cujus obligatio *expreſſis verbis* non fuerat adſtricta, *l.99.pr.* (*Verbis* legitur.) Ipſáque *conditio in præteritum* relata perimebat obligationem, *l. 100.* (*Conditio in præter.* legitur.) Verùm omnes iſtæ promiſſiones *ex voluntate promittentis* capiebant ſtatum, *l.108.§.1.* (*Stans ſtatu ſuo promittit.*) Sicut & ea, quæ *præfationibus* convenerant, *l.134.§.1.* Sed in multis hiſce ſub *authoritate juris ſcientiæ errabatur*, *l.91.§.3.* (*jus* in paropſide, ad quam legitur *erratur.*)

Bini hi rei conſtituuntur debitores coram prætore à Binis creditoribus, quibus illi in ſolidum debent. (*Rei iſti vinculisq; conſtricti ſunt debitores.*)

Chlamydatus iſte ſervus Communis duorum diverſorum dominorum, Germani & Poloni, (*utriusq; enim geſtat veſtitum*) *ſtipulatur.* Hic ex dominorum ſuorum perſonâ alterius domini ſervo dari ſtipulatur, &c: *ex l.1.§.3. & 4.*

Sciendum eſt generaliter, *quòd ſiquis ſe ſcripſerit fidejuſsiſſe, videri omnia ſolenniter acta*, l.30.

Mora *rei fidejuſſori quoq; nocet*, l.88.

Stipulationes *commodiſsimum eſt ita componere, ut, quæcunq; ſpecialiter comprehendi poſsint, contineantur*, l.53.

Quæ extrinſecùs, *& nihil ad præſentem actum pertinentia adjeceris ſtipulationi, pro ſupervacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem*, l.65.pr.

Stipulationes non dividuntur *earũ rerum, quæ diviſionem non recipiunt*, l.72.pr.

Nemo rem ſuam *futuram in eum caſum, quo ſua ſit, utiliter ſtipulatur*, l.87.

Veteres conſtituerunt, *quotiens culpa intervenit debitoris, perpetuari obligationem*, l.91.§.3.

Quicquid adſtringendæ obligationis *eſt, id, niſi palam verbis exprimitur, omiſſum intelligendum eſt, ac ferè ſecundùm promiſsorem interpretamur: quia ſtipulatori liberum fuit, verba latè concipere*, l.99.

Conditio in præteritum, *non tantùm præſens tempus relata, ſtatim aut perimit obligationem, aut omnino non differt*, l.100.

Nulla promiſſio *poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit*, l.108.§.1.

Plerumque ea, *quæ præfationibus conveniſſe concipiuntur, etiam in ſtipulationibus repetita creduntur*, l.134.§.1.

Plerumque ſub autoritate *juris ſcientiæ perniciosè erratur*, l.91.§.3.

2. De Duobus Reis conſtituendis.

(*Stipulatio non ſolùm poteſt contingere inter ſingulos, ſed etiam inter duos pluréſve: ita, ut duo ſint creditores, quibus ſingulis ſolidum debeatur; & duo contrà debitores, obligati in ſolidum ſinguli*, l.2.

Qui ſtipulatur, *reus ſtipulandi* dicitur; qui promittit, *reus promittendi* habetur, l.1.

3. De Stipulatione Servorum.

(*Servi quoq; poſſunt ſtipulari, at non ex ſuâ perſonâ, ſed domini, cui acquirunt.*)

DIGEST. LIB. XLVI.

Tituli *effecti ſunt in* FIstuca, *propter literas* FI, *quæ denotant* 46. *Liber hic titulos habet* 8. *Poſtremus eſt* Rem Ratam Haberi ab Habili Hispano. Fistuca *quaſi compelluntur* (1) Asiatici Fidejuſſores *pro debitore ſolvere*, (2) *aut* Novatione Bullæ *inſcriptâ obligationem exſtinguere*, (3) *ſi cupiant à* Creditoribus ſolvi & liberari, (4) *ſeu potiùs per* Acceptilationem *Debitoribus latam.* *Fiſtucâ iſtâ quoq; compulſi* (5) prætores *Exemplum* ſtipulationum *ipſis præbent*, (6) & *cogunt Fi-*

dejuſſores promittere, Rem Pupilli ſalvam *fore*, (7) & judicatum Gravibus Grossis ſolvi, (8) Habilemque Hispanum Rem Ratam *habiturum*.

1. De Fidejuſſoribus & Mandatoribus.

(Fidejuſſor eſt, *qui, quod alius debet, ſtipulatione interveniente, fide ſuâ eſſe jubet; adeóq; pro debitore ſuo nomine ſtipulanti promittit, citra novationem.* Mandator eſt, *cujus mandato citra ſtipulationem alteri pecunia creditur. res ex diffidentiâ hominum orta eſt.*)

Omni obligationi *fidejuſſor accedere poteſt*, l. 1. & l. 8. §. 6.

Ex perſonâ rei, *& quidem invito reo, exceptio & cætera rei commoda fidejuſſori cæterisq; acceſſionibus competere poteſt*, l. 32.

Hi, qui acceſsionis loco *promittunt, in leviorē cauſam accipi poſſunt, in deteriorē non poſſunt*, l. 34.

Fidejuſſor, antequam reus debeat, *conveniri non poteſt*, l. 57.

Non poſſunt conveniri *fidejuſſores, liberato reo tranſactione*, l. 68. §. 8.

Siquis, poſtquam *tempore tranſacto liberatus eſt, fidejuſſorem dederit, fidejuſſor non tenetur; quoniam erroris fidejuſſio nulla eſt*, l. 37.

Maleficiorum fidejuſſor *accipi non poteſt*, l. 70. §. 5.

Poenas ob *maleficia ſolvi, magna ratio ſuadet*, l. 70. §. 5.

Non poteſt *pro eodem apud eundem quis mandator eſſe*, l. 71. pr.

Asiatici iſti ſunt *Fidejuſſores*, qui geſtant *Citharas*, quarum *fides juſſi* pulſant. Literis oſtendunt *mandata* ſuorum *mandatorum*, propter hominum diffidentiam. Aſiatici iſti fidejuſſores parati ſunt accedere *omni obligationi*, *l. 1. & l. 8. §. 6.* (*omni obligat.* legitur.) Ita tamen ut commodis & *acceſſionibus reorum* ipſis liceret uti, *l. 32.* Acceptique ſunt acceſſionis loco in *leviorem*, non verò in *deteriorem* cauſam, *l. 34.* (*acceſſionis loco* legitur.) Non autem *conveniri* poterant, *antequam reus*, *l. 57.* (*antequam reus* legitur.) Neque etiam poterant conveniri, *reo liberato*, *l. 68. §. 2.* (*liberato reo* legitur.) Præcipuè, quum dati fuiſſent fidejuſſores *tempore tranſacto*; quoniam *erroris fidejuſſio* nulla eſt, *l. 37.* (*erroris fidejuſſio* legitur.) Verùm noluerunt *maleficiorum* eſſe *fidejuſſoris*, *l. 70. §. 5.* (*malefic.* legitur.) Nam *poenas* ob maleficia ſolvi, magna ratio ſuadet, *l. 70. §. 5.* (*penna* ſignificat *pœnam.*) Neq; volebant eſſe mandatores *pro eodem* apud eundem, *l. 71. pr.* (*Non pro eod. apud eundem* legitur.)

2. De Novationibus & Delegationibus.

(*Exſtinguuntur obligationes Novatione & Delegatione.*)

Novatio eſt *prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem, transfuſio atq; translatio.* hoc eſt, *cùm ex præcedenti cauſâ ita nova conſtituatur, ut prior perimatur.* Novatio *enim à novo nomen accepit, & à novâ obligatione*, l. 1.

Delegare *eſt, vice ſuâ alium reum dare creditori, vel cui juſſerit. Fit autem delegatio vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem*, l. 11.

Qui ſub conditione ſtipulatur, *quæ omnimodo exſtitura eſt, purè videtur ſtipulari*, l. 9. §. 1. (*ſub conditione* legitur.)

Bullæ iſti novæ *Novatio* ſeu nova obligatio inſcripta, ac prior ſciſſa, adeóque exſtincta eſt. Prius debitum in illam novam Bullam ſeu obligationem fuit translatum, *l. 1.* Idem ille debitor creditori ſuo alicui *delegabat* reum per ſtipulationem, *l. 11.* Qui ſub *conditione exſtiturâ*, adeóq; purè ſtipulatus, *l. 9. §. 1.*

3. De Solutionibus & Liberationibus.

Solutionis verbum *pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam; magisq; ad ſubſtantiam obligationis refertur, quàm ad nummorum ſolutionem*, l. 54. (*Latè igitur ſolutio dicitur liberatio à debito, quovis modo facta.*)

Solutam pecuniam *intelligimus utiq; naturaliter, ſi numerata ſit creditori. Sed & ſi juſſu ejus alii ſolvitur, vel creditori ejus, vel futuro debitori, vel*

Creditor iſte (*creditores* cruce ſignati ſunt, propter *credere*, ſeu *fidem Chriſtianam*) *ſolvit* vinculis conſtrictum debitorem, eúmq; ita *liberat*; Adeóque ejus *ſolutio* erat quædam *liberatio*, *l. 54.* Creditor ſolvit debitorem ob *numeratam* & ſolutam *pecuniam* debitam, *l. 49.* (Potuiſſet iſte *alio* etiam *modo*, quàm nummorum ſolutione, *ſatisfaciendo* liberari.) *Solidum* ſolverat debitor iſte non minùs *quantita-*

titate, quàm *die*, l. 85. At verò *aditione hereditatis* obligatio iſtius debitoris confuſa eſt, *l. 95. §. 2.* (*Aditio hereditatis* legitur.) Quare ipſe CREDITOR eum ſolvit, qui antea *mandaverat ſolvi*, *l. 56.* Debitor enim *egens* neceſſario egebat ſumptu, *l. 41.* (*innocens eget* legitur.) Et *in perpetuum* ſublata fuit ejus obligatio, *l. 98. §. 8.* (*per Chriſtum in cruce noſtra obligatio in perpetuum ſublata eſt*: *ſublata oblig.* legitur.) Neque enim *ordo ſcripturæ* hîc ſpectatur, ſed potiùs ex jure divino ſumitur id, quod agi videtur, *l. 6.*

DEBITORES iſti ſeſe mutuo ACCIPIUNT & complectuntur lætantes, quòd DEBITIS ſuis ACCEPTILATIONE creditorum liberati, *l. 1.*

EXEMPLUM hoc eſt *Stipulationis prætoriæ*, quum prætor prætori dextris utrinque datis ſtipulatur, adhibitis etiam certis formulis. Prætores iſti adhibēt *ſtipulationes Judiciales*, in tribunali ſedentes, *Cautionales*, & *Communes*, *l. 1. pr.* Sed omnes illas ſtipulationes pro *Cautionalibus* habebant: *Cautiores* enim & ſecuriores reddebantur, interpoſitâ ſtipulatione, *l. 1. §. 4.* (*ut quis cautior & ſecurior* legitur.) Quod beneficium prætores nemini volebant eſſe *captioſum*, *l. 8. pr.* (*beneficium nemini captioſum* legitur.) Neque permittebant, calumnioſè petere eum, quem alius antecedebat, *l. 8. pr.*

FIDEIUSSORES iſti (*Citharas* geſtantes, quarum *fides juſſi* pulſant) interpoſitâ ſtipulatione prætori dextrâ datâ promittunt per ſatisdationem, *Rem Salvam fore Pupilli*, qui nondum FARI poteſt; (ad *pupum* ſeu *pupam*, quæ denotat *pupillum*, eſt *res* & *ſupellex* ejus; FARI nequit, *l. 2.*) iique civiliter *in ſolidum* tenentur, *l. 12.*

GRAVIBUS GROSSIS (*germanis, eſt monetæ genus*) judici iſte *ſolvit judicatum*, ſecundùm factam ſtipulationem; atq; ita non poteſt fruſtra litigari.

HABILIS HISPANUS iſte HABET *Ratam Rem* (*ratem*, quâ vehitur) ſui procuratoris, qui de *rato* fuerat ſtipulatus: certus enim erat, *Hiſpanum* actorem geſta ſua *ratihabiturum* & approbaturum.

etiam ei, cui donaturus erat, *abſolvi debet*, l. 49. (*Solutio igitur ſtrictè dicta eſt liberatio ejus, quod debetur, numeratione pecuniæ.*)

(Liberatio eſt *ſublatio debiti quovis alio modo, quàm nummorum ſolutione.*)

Solidum non ſolvitur, *non minùs quantitate, quàm die*, l. 85.

Aditio hereditatis *nonnunquam jure confundit obligationem*, l. 95. §. 2.

Qui mandat ſolvi, *ipſe videtur ſolvere*, l. 56.

Plerique innocentium *neceſſario ſumptu egent*, l. 41.

In perpetuum *ſublata obligatio reſtitui non poteſt*, l. 98. §. 8.

Nec ordo ſcripturæ *ſpectatur*; *ſed potiùs ex jure ſumitur id, quod agi videtur*, l. 6.

4. De Acceptilatione.

Acceptilatio eſt *liberatio per mutuam interrogationem, quâ utriusq; contingit ab eodem nexu abſolutio*, l. 1.

(*Fictè ita ſolvitur, quod debebatur; interveniente videlicet aliquo, quod vice ſolutionis eſt: Veluti, cùm creditor ſciens prudénsq; acceptum fert*, i. e. *fatetur, ſe accepiſſe, quod non accepit.*)

5. De Stipulationibus prætoriis.

(*Stipulationes prætoriæ dicuntur, quoniam à prætore proficiſcuntur, cujus edicto jubentur interponi; certisq; comprehenduntur formulis.*)

Prætoriarum ſtipulationum *tres videntur eſſe ſpecies*: *Judiciales*, *Cautionales*, *Communes*, l. 1. pr.

Sciendum eſt, omnes ſtipulationes *naturâ ſui cautionales eſſe*, l. 1. §. 4.

Hoc agitur in ſtipulationibus, *ut quis cautior ſit & ſecurior, interpoſitâ ſtipulatione*, l. 1. §. 4.

Prætor beneficium ſuum *nemini vult eſſe captioſum*, l. 8. pr.

Poteſt videri *calumnioſè ſatis petere, quem alius antecedit*, l. 8. pr.

6. Rem Pupilli vel Adoleſcentis ſalvam fore.

(*Tutor, curator, eorumq; fidejuſſor interpoſitâ ſtipulatione promittunt per ſatisdationem*, l. 4. §. 1. *Rem pupilli ſalvam fore. Hinc actio ex ſtipulatu datur pupillo vel adoleſcenti, tutelâ vel curâ finitâ, contra tutores, curatores, eorúmq; fidejuſſores & heredes.*)

7. Judicatum ſolvi

Eſt ſtipulatio judicialis, quam præſtat reus, ejúsve procurator aut defenſor, de judicato ſolvi, de re defendendâ, dolum malum abſuturum; ne videlicet in judicio fruſtra litigetur.)

8. Ratam Rem haberi, & de Ratihabitione.

(Ratam Rem habere *à domino, actore ſeu reo, ſpondet procurator, de cujus mandato non ſatis conſtat.* Unde datur *actio ex ſtipulatu*, Rem Ratam *haberi, contra illum, qui alieno nomine litem infert, vel ſuſcipit; itémq; contra promiſſores & fidejuſſores, ad id, quod intereſt ejus, qui ſtipulatus eſt*, Rem Ratam *haberi*. Ratihabitio *eſt ejus, quod nomine meo ab alio geſtum eſt, approbatio.*)

DIGEST. LIB. XLVII

Tituli *ſunt ad* GI RGILLUM, *propter literas* GI, *quæ nobis ſignificant* 47. *Liber hic titulos habet* 23. *Poſtremus eſt, de* Popularibus Actionibus; *quæ adhibito* CE LEUSMATE *geruntur.* GI rgillo *ſubjiciuntur, eóq; plectuntur omnes illi, qui committunt* Delicta *vel* Privata, *vel* Extraordinaria, *qui poenâ hac extraordinariâ puniuntur: itemq;* Actionibus popularibus *accuſati & convicti.*

1. De Privatis Delictis.

(Privata dicuntur delicta, *quæ in homines privatos committuntur.*)

Siquis A ncillam A lienam *ſubripuit & flagitaverit; utraq; actione tenebitur: nam& ſervi corrupti agi poterit, & furti*, l. 2. §. 5.

Civilis conſtitutio eſt, *poenalibus actionibus heredes non teneri, nec cæteros quidem ſucceſſores*, l. 1. pr.

2. De Furtis.

Furtum à *Furvo. i. e. nigro, dictum Labeo ait, quòd clam& obſcurè fiat,& plerumq; noctè: vel à fraude, ut Sabinus ait: vel à ferendo & auferendo*, l. 1. pr.

Sola cogitatio *furti faciendi non facit furem*, l. 1. §. 1.

Furtum eſt contrectatio *rei fraudulosa, lucri faciendi gratiâ. vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſionisve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere*, l. 1. §. ult.

Tutor adminiſtrationem *quidem rerum pupillarium habet, intercipiendi autem poteſtas ei non datur. & ideo, ſiquid furandi animo amoverit, furtum facit, nec uſucapi res poteſt*, l. 33.

Non factum quæritur, *ſed cauſa faciendi*, l. 39.

Si pignore *creditor utatur, furti tenetur*, l. 54. pr.

Nemini officium ſuum *damnoſum eſſe debet*, l. 61. §. 5.

Eum, qui quid utendum *accepit, ipſe alii commodaverit, furti obligari reſponſum eſt*, l. 54 §. 1.

Furtum fit, *etſi quis uſum alienæ rei in ſuum lucrum convertat*, l. 54. §. 1.

Species lucri eſt, *ex alieno largiri, & beneficii debitorem ſibi acquirere*, l. 54. §. 1.

Furem interdiu deprehenſum *non aliter occidere lex XII. tabularum permiſit, quam ſi telo ſe defendat. Teli autem appellatione & ferrum, & fuſtis, & lapis, & deniq; omne, quod nocendi causâ habetur, ſignificatur*, l. 54. §. 2.

Cùm furti actio *ad poenæ perſecutionem pertineat, condictio verò & vindicatio ad rei recuperationem: apparet, receptâ re nihilominus ſalvam eſſe furti actionem*, l. 54. §. 3.

Meminiſſe oportebit, *nunc furti plerumq; criminaliter agi: non ideo tamen minùs, ſi quis velit, poterit civiliter agere*, l. ult.

A MA TOR iſte commiſit *Delictum Privatum*, dum A NCILLAM hanc A LIENAM ſurripuit & flagitavit: utrâque igitur actione tenetur, & *ſervi corrupti, & furti*: (*ex l. 2. §. 5.*) Sed actione poenali ejus heres non tenetur, (*axes*, in quibus *pennæ*, deſignant *actiones poenales*: quæ adversùs heredem, ex quo hæret domus hereditaria, nihil valent: is enim liber & ſolutus abit.) *l. 1. pr.*

BA IULUS *Furvus* in *Furvo*, obſcuro, & Clam, Furtum fecerat, *l. 1. pr.* Non *ſolâ cogitatione*, *l. 1. §. 1.* *Sed fraudulosè contrectando* rem alienam, lucri faciendi gratiâ, *l. 1. §. ult.* (*portat rem furtivam in ſacco.*) Res illæ fuerunt pupilli alicujus, quas *tutor* ejus furandi animo amoverat, eáſque interceperat BA IULUS iſte, *l. 33.* Quo in negotio tutoris non factum quæritur, ſed *cauſa faciendi*, *l. 39.* In eodem BA IULI ſacco eſt *pignus*, quo creditor uſus, *l. 54. pr.* Ne *officium* ſuum ſibi eſſet *damnoſum*, *l. 61. §. 5.* B OMBYCINA quoque *ſtragula*, quam, qui *utendam* acceperat, alii commodaverat, in ſacco iſto erat, *l. 54. §. 1.* Quo ipſo is quoque fecerat furtum; quod *uſum rei alienæ* in ſuum lucrum convertiſſet, *l. 54. §. 1.* Atque *beneficii debitorem* hoc pacto ſibi voluiſſet acquirere, *l. 54. §. 1.* BA IULUS fur eſt *ſine telo*: ſi verò interdiu fuiſſet deprehenſus cum telo, per legem XII. Tabularum potuiſſet occidi, *l. 54. §. 2.* Sed rerum furtivarum dominus perſequutus furem non ſolùm *Condictione* & *Vindicatione*, ad res ſuas recuperandas; verùm etiam ad *Poenam*, *l. 54. §. 3.* Egitque non civiliter; ſed *criminaliter*, *l. ult.* Ac licèt BA-JULUS prætexeret, ſe conſilio mutato voluiſſe *domino res illas reddere*; non tamen fur eſſe deſiit, *l. 65.* Furti igitur *BA julus* fuit damnatus. Neque *præſes provinciæ* efficere potuit, ut iſtum non ſequeretur infamia, *l. 63.* Præcipuè etiam, quòd in *furtivam* incidiſſet *cauſam* idem BA JULUS; qui aliquando fructus fundi, ſolo cohæ-

cohærentes, clam metuerat & deportaverat, *l. 61. §. 8.* (*BAIULUS metit fruges, eas clam deportaturus.*)

CALX, quæ etiam *Tigni* appellatione continetur, ab ædium domino iis fuit juncta, qui CONJUNCTI TIGNI ſic reus factus ad duplum, *l. 1. pr.* (*CAlcis illius pars reliqua ad ædes illas jacet.*)

DISCOS iſtos argenteos DAVUS ſervus, teſtamento liber eſſe juſſus, ante aditam hereditatem ſurripuerat: quare DUPLUM reddere à prætore juſſus eſt.

EXERCITORIS *Nautæ*, qui navem exercet, miniſter furtum fecerat earum mercium, quæ ſunt in navi: ac deinde *caupo* factus, & demum *ſtabularius*, iterum furtum commiſit. EXERCITOR igitur accuſatus, ſervum noxæ dedens, liberatus eſt, (*l. un.*)

FAMULI iſti *furtum faciunt*, ex ædibus alienis bona ſurripiendo, quod dominus, poſt cujus tergum illa fiunt, ignorat. Qui deinde accuſatus ſervos hos noxæ non dedebat; ſed tantum præſtabat, quantum præſtitiſſet unus liber, ſi id commiſiſſet furtum.

GEMINA arbor (*ex l. 10.*) *Cæſa* eſt *furtim* & ignorante domino, (*ex l. 7. pr.*) ab eo, in quem propterea ex L. Aquiliâ datur actio, *l. 1.* Non ſolùm erant cæſæ arbores, ſed etiam *ſuccìſæ*, *l. 5. pr.* Ad arbores illas fuerant vites, quæ unà ſucciſæ; tanquam latro igitur punitus, qui eas ſucciderat, *l. 2.*

HOSPITES, tanquam HOSTES, HOSPITIUM vi ſpoliant, rapiúntque HOSPITIS Bona per vim, HOMINUMQUE turbam,

Qui eâ mente alienum *quid contrectavit, ut lucrifaceret; tametſi, mutato conſilio, id domino poſtea reddidit, fur eſt: nemo enim tali peccato pœnitentiâ ſua nocens eſſe deſiit*, l. 65.

Non poterit *præſes provinciæ efficere, ut furti damnatum non ſequatur infamia*, l. 63.

Fructus, *quamdiu ſolo cohærent, fundi ſunt*, l. 61. §. 8.

3. De Tigno juncto.

(*Si fur aut alius tignum furtivum ædibus aut vineis ſuis junxit, naſcitur hæc actio in duplum, contra eum, qui ſcienter junxit, ad tigni æſtimationem; ne vel ædificia ſub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur*, l. 1. pr.

Tigni appellatione *continetur omnis materia, ex quâ ædificium conſtet, vineaéq; neceſſaria*, l. 1 §. 1.

4. Si is, qui teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem domini, ante aditam hereditatem, ſurripuiſſe aut corrupiſſe quid dicetur.

(*Furtum hoc dicitur factum jacenti hereditati à ſtatu libero; in quod actio* Dupli *intra annum à prætore conſtituta eſt*, l. 1.)

5. Furti adverſus Nautas, Caupones, Stabularios.

(*Adverſus Nautas, Caupones, Stabularios, licèt ipſi furtum non fecerint, ſed eorum aliquis, quorum miniſterio utuntur, hoc prætoris Edictum proditum eſt, datáq; actio in duplum, & ultra annum: ut videlicet* Exercitores *ſint cauti in adhibendis miniſtris. In poteſtate ejus, cui res ſurrepta eſt, utrùm malit cum* Exercitore *honorario jure, an cum fure jure civili agere.* Exercitor *ſervum noxæ dedendo ſe liberat*, l. un.)

6. Si Familia furtum feciſſe dicetur.

(Si Familia, i. e. *grex ſervorum unius domini, eo ignorante furtum ſecerit, actio inde contra dominum datur prætoria, ut vel dedat ſervos noxæ, vel tantum præſtet, quantum præſtaret unus liber, ſi furtum hoc commiſiſſet, videlicet duplum, aut quadruplum*, *l. 1.*

7. Arborum furtim Cæſarum.

(*Qui arbores furtim, i. e. clam & ignorante domino*, (l. 7. pr.) *cædit, licèt earum furtum non faciat, in eum tamen ex lege Aquiliâ & ex XII. tabularum datur actio*, l. 1.)

Cædere *eſt, non ſolùm ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi causâ*, l. 5. pr.

Si Gemina *arbor eſſet, & ſupra terram junctura ejus emineret, una arbor videtur eſſe*, l. 10.

Sciendum eſt, eos, *qui arbores, & maximè vites ceciderint, etiam tanquam latrones puniri*, l. 2.

8. Vi Bonorum Raptorum, & de Turbâ.

(Rapina *à rapiendo nomen habet: quia com-*

M 3 animo

mittitur, cùm animo lucrandi palam per vim res aliena contrectatur. Eſt igitur Rapina *furtum vi factum, in quod datur actio in quadruplum*, ex l. 1. Turba *appellatur ex genere tumultus. Duo rixantes propriè non dicuntur turba; Item vel tres aut quatuor: Sed ſi plures fuerint, decem aut quindecim homines, Turba dicetur*, ex l. 4. §. 2. & 3.)

Si damnum in turbâ datum, *actio datur à prætore in anno, in duplum; poſt annum, in ſimplum*, l. 4. pr.)

animo lucrandi: in eos igitur actio data in *quadruplum*, & *in duplum*, (*ex l. 1. & 4.*) In *Turbâ* illâ non erant duo, tres aut quatuor, ſed plures.

9. De Incendio, Ruinâ, Naufragio, Rate, Nave expugnatâ.

Prætor ait; *In eum qui, ex incendio, ruinâ, naufragio, rate, nave expugnatâ quid rapuiſſe, recepiſſe dolo malo, damnúmve quid in his rebus dediſſe dicetur: in quadruplum in anno, quo primùm de eâ re experiundi poteſtas fuerit: poſt annum in ſimplum judicium dabo. Item in ſervum, & in familiam judicium dabo*, l. 1. pr.

Omnino, ut in cæteris, *ita hujusmodi cauſis, ex perſonarum conditione, & rerum qualitate, & diligenter ſunt æſtimandæ, ne quid aut duriùs, aut remiſſiùs conſtituatur, quàm cauſa poſtulabit*, l. 4. §. 1.

INCENDIUM ædium fortuitâ calamitate fuerat exortum, ex quo ſervus INDUSIA & multas INAURES rapuit, quas res dominus ejus dolo malo recepit. In eum igitur intra annum actio data in *quadruplum*, & poſt annum in *ſimplum*, *l. 1. pr.* Idque ex *perſonæ conditione & rerum qualitate*, *l. 4. §. 1.* (ad perſonam ſervi legitur *qualitas.*)

10. De Injuriis & Famoſis Libellis.

Specialiter injuria *dicitur contumelia*, l. 1. pr.

Injuria fit *aut re, aut verbis. Re, quotiens manus inferuntur: verbis autem, quotiens non manus inferuntur, convicium fit*, l. 1. §. 1.

Omnis injuria *aut in corpus infertur, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet*, l. 1. §. 2.

Aut per ſemetipſum *alicui fit injuria, aut per alias perſonas*, l. 1. §. 3.

(Famoſus libellus *eſt liber ad infamiam alicujus ſcriptus, compoſitus, editus.*)

Generaliter vetuit prætor, *quid ad infamiam alicujus fieri: ſi carmen conſcribat, vel proponat, vel cantet aliquod, quod pudorē alicujus lædat*, l. 15. §. 27.

Lex Cornelia de injuriis *competit ei, qui injuriarum agere volet*, l. 5. pr.

Prætor edixit: *Qui agit injuriarum, certum dicat, quid injuriæ factum ſit*, l. 7. pr.

Ait prætor: Qui adverſùs bonos mores *convicium cui feciſſe, cujúsve operâ factum eſſe dicetur, quo adversùs bonos mores convicium fieret; in eum judicium dabo*, l. 15. §. 2.

Qui turpibus verbis *utitur, non tentat pudicitiam; ſed injuriarum tenetur*, l. 15. §. 21.

Ait prætor: Nequid *infamādi cauſâ fiat*, l. 15. §. 25.

Eum, qui nocentem infamavit, *non eſſe bonum æquum ob eam rem condemnari: Peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere & expedire*, l. 18. pr.

Injuriarum æſtimatio *non ad id tempus, quo judicatur; ſed ad id, quo facta eſt, referri debet*, l. 21.

Nec magiſtratibus *licet aliquid injurioſè facere. Si quid igitur per injuriam fecerit magiſtratus, vel quaſi privatus, vel fiduciâ magiſtratus; injuriarum poteſt conveniri*, l. 32.

JURE ſeu JUSCULO perfundit iſte JUNIOR *Juris ſtudioſum*, adeóque *injuriam* ei infert; quæ erat *contumelia*, *l. 1. pr.* Nec ſolùm autem injuriam iſtam re, ſed etiam verbis fecit, *l. 1. §. 1.* Quæ utique ad *dignitatem* & *infamiam* JURIS STUDIOSI pertinet: quoniam in corpus ejus illata, *l. 1. §. 2.* Et *per ſemetipſum* illi facti injuria, *l. 1. §. 3.* *Famoſum* quoque *libellum* ad infamiam hujus JURIS ſtudioſi compoſuerat Junior: quod erat *carmen* ad infamiam illius conſcriptum. Id cantat, Tubámq; inflat, ad ejus infamiam. (*tuba, cum quâ pingi ſolet fama, nobis* famam *ſignificat.*) Pudorem itaque hujus ſtudioſi JURIS lædit, *l. 15. §. 27.* Ex *lege Corneliâ* igitur ei competebat actio injuriarum, *l. 5. pr.* Actórque JURIS ſtudioſus *certum dicebat*, quid injuriæ ſibi à JUNIORE factum, *l. 7. pr.* Quòd videlicet ſibi fecerit *convicium contra bonos mores*, *l. 15. §. 2.* *Turpibúsq;* uſus *verbis*, *l. 15. §. 21.* *Infamandi causâ*, *l. 15. §. 25.* JUNIOR verò ſe defendens regerebat, ſe *nocentem infamâſſe*, neque æquum eſſe, ut eam ob cauſam condemnetur: quòd *expediat nocentium peccata eſſe nota*, *l. 18. pr.* (*pectines*, quos *palam* geſtat, ſignificant *peccata nota.*) *Injuriarúmq; æſtimationem* non ad id tempus, (ſignificat *clepſydra*) quo judicetur; ſed ad id, quo facta ſit, referendam, *l. 21.* Se enim tum temporis fuiſſe JUNIOREM; quo in ſtatu injuria tanti æſtimari nequeat, ac ſi ipſe magiſtratus aliquid *injurioſè* feciſſet, *l. 32.*

LIBI-

LIBIDINOSUS iſte LACESSIERAT alienas nuptias & matrimonia. Et jam maritum LUTO oblinit, contra *bonos mores;* etiam LACUS aquas conſpurcans. In eum igitur ob alia quoque gravia flagitia *extra ordinem* animadverſum. Si *flagitia* fuiſſent *perfecta,* capite fuiſſet plexus: ſed, quum hactenus eſſent *imperfecta,* in inſulam fuit deportatus, ejúſque comites ſummo ſupplicio affecti, (*l.1.*)

MONUMENTUM ſepulchri violatur & dejicitur, *l.3.pr.* à MOLITORE, qui ex eo MOLAREM lapidem erat facturus. Præterea corpus ſepultum *extraxit* & *ſpoliavit,*(*l.1.*) Hinc ei infamia irrogata, *l. 1.* & tanquam honeſtior in *metallum* damnatus eſt; quum, ut *humilior,* aliàs *ſummo ſupplicio* fuiſſet afficiendus, *l.11.*

NUCEM *concutiens* commonſtrat, quomodo homines ſint *concutiendi,* ad pecuniam iis extorquendam. (*Crumena,* in *quâ pecunia, unà cum* NUCIBUS dejicitur.)

OVES *Abigeus* abigit ex paſcuis, *Abigendi* artem exercens. *Abegerat* quoq; quatuor porcos, *unum equum, bovémq; unum,* (*l.3.*) Quâde causâ demum *duriſsimè punitus* eſt.

PROCURATOR iſte eſt PRÆVARICATOR, qui, muneris ſui circulum transgreſſus, proditâ causâ diverſam partem, actorem & reum, adjuvat, adeóque cum eis *colludit.* Propterea *extra ordinem* fuit punitus, *l.1.*

QUISQUILIIS contegit, occultátque QUÆSITUM latronem *Receptator,* eúmque deinde acceptâ pecuniâ dimittit. *Punitus* igitur æquè, atque *latro, l.1.*

REDIMICULUM ſuccinctorium *Fur* iſte *Balnearius* furatus fugit. *Fures* enim *Balnearii* ſunt *veſtimentorum fures,* Cujac.

SERAM etiam *Effringit Effractor,* qui parietem ædium *Effregerat,* ut pecuniam & veſtimenta auferret. Ejus ſocius eſt *Saccularius;* qui, dum *Effractor* in ſerâ Effringendâ occupatur, omnem pecuniã ex *Sacco* ejus ſurripit.

11. De Extraordinariis Criminibus.

(Extraordinaria crimina *ſunt, quibus principaliter cauſa & utilitas privata attentatur; ſed etiam vel religio, vel honeſtas publica quodammodo læditur. In quibus certa pœna non præſcribitur, nec certa petendi formula obſervatur, ut in ordinariis: ſed petitur pœna infligi pro arbitrio judicis, & qualitate delicti, extra ordinem.*)

12. De Sepulchro violato.

(*Contra eum, qui dolo violavit ſepulchrum, ejus domino actio in ſactum datur ad id, quod intereſt. Datur quoq; actio ad pœnam contra habitantem in ſepulchro,* l.3. pr. Violare *eſt corpus ſepultorum extrahere, oſſa eruere,* (l. 11.) *cadavera ſpoliare,* Monumenta confringere, deſtruere, *&c:*)

Sepulchri *appellatione omnem ſepulturæ locum contineri exiſtimandum eſt,* l.3. §. 2.

Sepulchri violati *actio infamiam irrogat,* l. 1.

13. De Concuſſione.

(Concuſſio *eſt crimen pecuniæ extortæ, per terrorem injectum, ſub ſpecie alicujus poteſtatis publicæ, l.1.*)

14. De Abigeis.

Abigei *propriè hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudium, quaſi artem, exercent,* l. 1. §. 1.

Quum duriſſimè puniuntur, *ad gladium damnari ſolent,* l. 1. pr.

Oves *pro numero abactorum aut furem, aut abigeum faciunt,* l. 3. pr.

15. De Prævaricatoribus.

Prævaricator *eſt quaſi Varicator, qui diverſam partem adjuvat, prodita cauſâ ſuâ. quod nomen à Variâ certatione tractum. Solent extra ordinem puniri.* (Hinc prævaricatio *ipſius accuſatoris vel advocati cum reo dicitur colluſio.*)

16. De Receptatoribus.

(Receptatores *ſunt, qui criminum reos, ut fures & latrones, recipiunt, &, quum apprehendere eos poſſent, pecuniâ acceptâ dimittunt,* l. 1.

Peſſimum genus eſt *Receptatorum, ſine quibus nemo latere diu poteſt: & præcipitur, ut perinde puniantur, atq; latrones,* l. 1.

17. De Furibus Balneariis.

(Fures balnearii *ſunt, qui in balneis lavantium veſtes aliáq; ſurripiunt, & locum illum ita violant.*)

18. De Effractoribus & Expilatoribus.

(Effractores *ſunt, qui carcere effracto evaſerunt: item, qui effractis perforatiſq; parietibus furtum faciunt.* Expilatores *ſunt atrociores fures.*)

His annumerandi S*accularii,* l. 1. §. 2.

THE

19. Expilatæ Hereditatis.

(Expilata *dicitur* Hereditas, *quum res hereditariæ ante aditam hereditatem, vel poſt aditam, antequam res ab herede poſſeſſæ ſunt, ſurripiuntur. In hunc caſum furti actionem non competere palam eſt,* l. 2.)

Res hereditariæ *omnium heredum communes ſunt*, l. 4.

THESAURUM, hereditatis partem, aufert iſte, adeóque *Expilat Hereditatem*, priusquam illa ab herede fuit poſſeſſa, (*l. 2.*) Licèt iſte THESAURUS omnium heredum *communis* eſſet, *l. 4.*

20. Stellionatus.

(Stellio *lacerti genus eſt verſutiſſimum, à quo ſtellionatum dicimus impoſturam & dolum omnem, quicunq; proprio nomine vacat,* Cujac. Quare, *quod in privatis civilibus judiciis eſt de dolo actio, hoc in criminibus, deficiente titulo, eſt Stellionatus perſequutio.*)

Poena ſtellionatus *nulla legitima eſt, cùm nec legitimum crimen ſit*, l. 3. §. 2.

VARIUS & VERSUTUS eſt *Stellio*, ac nitens in dorſo maculis ſtellarum modo radiantibus, venenatus, hominíque invidus, tuniculam perinde, ut ſerpens, quotannis exuit, præſentiſſimum comitiali morbo remedium, quam, ne homini conducat, ipſe devorat, apibúsque inſidiatur; in quem hujus delicti causâ pœna legitima nondum eſt conſtituta, *l. 3. §. 2.* (*ita eſt depictus Stellio tuniculam devorans, circùm eum ſunt apes.*)

21. De Termino Moto.

Quin peſsimum factum *ſit eorum, qui terminos finium causâ poſitos propulerunt, dubitari non poteſt*, l. 2. Huic pecuniaria pœna conſtituta eſt, l. 3. pr.

ABJECTUS & motus eſt *Terminus* iſte, (*Deus Terminus* à Romanis olim cultus fuit, *informis* atque *crudis lapis, Lactant. de falſ. relig. l. 1. c. 20.*) qui fuerat *finium causâ* poſitus.

22. De Collegiis & Corporibus, (videlicet illicitis.)

Mandatis principalibus *præcipitur præſidibus provinciarum, ne patiantur eſſe collegia ſodalitia, néve milites collegia in caſtris habeant*, l. 1. pr.

Sed religionis causâ *coire non prohibentur*, l. 1. §. 1.

Collegia ſiqua fuerint *illicita, mandatis, & conſtitutionibus, & SCtis diſſolvuntur: ſed permittitur eis, cùm diſſolvuntur, pecunias communes, ſiquas habent, dividere, pecuniámq; inter ſe partiri*, l. 3.

BELLATORES iſti collegia habebant illicita, *l. 1. pr.* Neque enim coierant *religionis causâ, l. 1. §. 1.* Quapropter *mandatis & conſtitutionibus* collegia illa ſunt *diſſoluta*, diviſáque inter BELLATORES illos pecunia, quam habebant, *l. 3. pr.*

23. De Popularibus Actionibus.

Eam popularem actionem *dicimus, quæ ſuum jus populo tuetur*, l. 1.

Si plures ſimul agant *populari actione, prætor eliget idoniorem*, l. 2.

In popularibus actionibus *is, cujus intereſt, præfertur*, l. 3. §. 1.

Omnes populares actiones *neq; in heredes dantur, neq; ſupra annum extenduntur*, l. 8.

CELEUSMATE ſeſe Cohortantur populares iſti in movendo axe Populari: eſt enim magnus; & populi ſignificat *Actionem popularem, l. 1.* Iſti idoniores electi, qui moverent axem (actionem,) *l. 2.* Prælatique ſunt, quoniam *eorum intereſt, l. 3. §. 1.* Sed neque in *heredes* Axem illum Popularem, (actio popularis) neque ſupra annum poterant movere, *l. 8.* (*negatur in heredem* legitur: *negatur ſupra* etiam legitur ad annulum, qui deſignat annum.)

DIGEST. LIB. XLVIII.

Titulos *exhibet* HIRCUS. *Literæ enim* HI *nobis deſignant* 48. *In Libro iſto ſunt tituli* 24. *Poſtremus eſt* De Cadaveribus punitorum. DELINQUENTES DEPORTATI *inconſulto principe non ſunt ſepeliendi.* HIRCUS *iſte eſt publicus* HIRQUITALLOS, *& publicè delinquentes* HIRCOS *ad publicum judicium defert ac punit.* (1) *In* judicio *publico* (2) Accuſati (3) *in*

in C*A*rcere cuſtoditi *ſunt.* Quidam *ex his violârant* leges Julias (4) majeſtatis, (5) *de* adulteriis, (6) *de* Vi Publicâ, & (7) Privatâ. *Porrò in carcerem iſtum conjectus quoq;* (8) Sicarius, (9) *idem* parricida (10) & Falſarius. *De Reliquis etiam legibus Juliis cognoſcebat idem judicium publicum, animadvertebátq; in* (11) *L*egatos *iſtos, criminis* repetundarum *reos,* (12) & *in* M*olitorem, qui* Annonam *flagellaverat,* (13) & *in* ſacrilegum, (14) *qui ambierat ſacerdotium,* (15) *licèt* plagium *commiſiſſet. De his criminibus cognovit judicium iſtud publicum hoc proceſſu, Aliquorum accuſatorum crimina* (16) *fuerunt* Abolita, (17) *Abſentes verò ſunt* Requiſiti, (18) *deinde* Quæſtionibus *ſubjecti,* (19) pœnaéque *reis convictis ſunt inflictæ,* (20) *Et* damnatorum bona *publicata;* (21) *Etiam Æthiopis bona, qui in vinculis ſibi* conſciverat mortem, *publicata ſunt.* (22) Interdicti, *ac* Relegati *ſunt alii,* (23) *qui tamen demum* reſtituti: (24) *Sed* cadavera punitorum *reddita ſunt cognatis, præter* DEportatorum.

AMBAGES ſunt multæ & variæ, per quas ad *Publicum* itur *judicium,* quod publicè & ſub dio habetur, de ADULTERIIS, de AMBITU, de ANNONA, &c: Cuilibet licet per has AMBAGES (*l. 1.*) ad *publicum* ire *judicium. Non autem omnia judicia,* in quibus alia vertuntur crimina, *publica ſunt;* quale hoc eſt, *l. 1.* (*non omnia publica* legitur.)

BARBARA illa mulier, (*ex veſtitu cognoſcitur*) licèt non eſſet permiſſum mulieribus publico judicio aliquem reum facere; (*l. 1.*) *Accuſat* tamen Inſcriptione (*libellum cum inſcriptione tradit judici*) maritum apud BARBATUM judicem, quòd cum BARBARA vicini uxore commiſerit adulterium, factâ mentione *loci, menſis* & *conſulum,* quibus adulterium commiſſum, *l. 3.* Verùm, ob idem illud crimen maritum *pluribus legibus* non poterat facere reum, *l. 14.*

CARCERE *Exhibiti* Rei CONSTRINGUNTUR & CUSTODIUNTUR; donec *militi* tradantur, vel *fidejuſſoribus,* aut *ſibi* committantur, pro delicti qualitate, & perſonarum dignitate, *l. 1.*

DRACO ignivomus excubat pro majeſtate ad legem Juliam, eos invaſurus, ſiqui majeſtatem læſerint: (In tabulâ legum eſt Julii Cæſaris effigies, ad quam diadema & ſceptrum, majeſtatis inſignia.) quoniam hoc crimen *ſacrilegio proximum* eſt, *l. 1. pr.* Committitur enim adversùs *populum Romanum*

1. De Publicis Judicis.

(*Publica judicia ad totum reip. corpus, vigorémque diſciplinæ publicæ pertinent; quæ olim erant totius populi. competunt cuivis in publicam reip. vindictam.*)

Non omnia judicia, *in quibus crimen vertitur, & publica ſunt; ſed ea tantùm, quæ ex legibus judiciorum publicorum veniunt,* l. 1.

2. De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

(Accuſatio *eſt maleficii alicujus apud judicem ſolennis facta delatio & perſequutio, ad vindictam publicam.* Inſcriptio *eſt, quum unus vel plures, qui alium accuſant, ſe inſcribunt in crimen, ad perſequendum crimen.*)

Libellorum inſcriptionis *conceptio talis eſt: Conſul & dies,* &c: l. 3.

Senatus cenſuit, *nequis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret,* l. 14.

3. De Cuſtodiâ & Exhibitione Reorum.

De cuſtodiâ reorum *proconſul æſtimare ſolet, utrùm in* CArcerem *recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fidejuſſoribus committenda, vel etiam ſibi. Hoc autem vel pro criminis, quod objicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentiâ perſonæ, vel pro dignitate ejus, qui accuſatur, facere ſolet,* l. 1.

4. Ad Legem Juliam Majeſtatis.

Proximum ſacrilegio crimen eſt, *quod majeſtatis dicitur,* l. 1. pr.

Majeſtatis crimen illud eſt, *quod adversùs populum Romanum, vel adversùs ſecuritatem ejus committitur,* l. 1. §. 1.

Famoſi, *qui jus accuſandi non habent, ſine ullâ dubitatione admittuntur ad hanc accuſationem*, l. 7. pr. *Sed & milites, qui cauſas aliàs defendere non poſſunt. Nam qui pro pace excubant, magis magíſque ad hanc accuſationem admittendi ſunt*, l. 7. §. 1.

Nec lubricum linguæ *ad pœnam facilè trahendum eſt: quanquam temerarii digni pœnâ ſint*, l. 7. §. 3.

5. Ad Legem Juliam de Adulteriis coërcendis.

Propriè adulterium *in nuptâ committitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine.* Stuprum verò *in virginem viduámve committitur*, l. 6. §. 1.

Patri datur jus *occidendi adulterum cum filiâ, quam in poteſtate habet*, l. 20.

In ſuâ poteſtate *non videtur habere, qui non eſt ſuæ poteſtatis*, l. 21.

Plerumque pietas *paterni nominis conſilium pro liberis capit*, l. 22. §. 4. (*Pietas pro liberis* legitur.)

Neque matrimonium qualecunque, *nec ſpem matrimonii violare permittitur*, l. 13. §. 3.

Periniquum videtur eſſe, *ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibeat*, l. 13. §. 5.

Si adulterium cum inceſto *committatur, mulier ſimiliter quoq; punietur*, l. 38. pr.

Difficillimum eſt, *juſtum dolorem temperare*, l. 38. §. 8.

6. Ad Legem Juliam de Vi publicâ.

(Vis publica eſt, *quæ convocatis hominibus, armiſq; adhibitis admittitur, eáq; læditur juſtitia & tranquillitas publica*, l. 1. 3. 5.)

Eadem lege (*Juliâ de Vi publicâ*) tenetur, *qui pubes cum telo in publico fuerit*, l. 3. §. 1.

7. Ad Legem Juliam de Vi Privatâ.

(Vis privata *admittitur ſine armis, hominibus convocatis*, l. 2. & 3.)

Creditores, ſi adversùs debitores *ſuos agant, per judicem id, quod deberi ſibi putant, repoſcere debent*, l. 7.

Si creditor ſine auctoritate *judicis res debitoris occupet, hac lege* (Juliâ) *tenetur, & tertiâ parte bonorum multatur, & infamis ſit*, l. ult.

8. Ad Legem Corneliam de Sicariis & Veneficiis.

(*Tabula legis habens* cornua *deſignat* legem Corneliam. Hac *lege vindicatur* Homicidium, *Veneficium*, *Incendium*. Homicidium *eſt voluntaria cædes hominis.* Veneficium eſt, *quum hominis necandi causâ venenum conficitur & datur*, l. 13. 7.

In maleficiis *voluntas ſpectatur, non exitus*, l. 14. (*volans anas*, i. e. voluntas. *non exitus* legitur.)

ejúſque *ſecuritatem*, *l. 1. §. 1.* *Famoſus* (*l. 7. pr.*) & *miles* poſt tabulam illam latent, ad accuſandum parati, *l. 7. §. 1.* *Lubricum linguæ* tamen ad pœnam non poterant trahere, *l. 7. §. 3.* (*Lingua vehitur lubrico calceo; quo genere calceorum aliàs utuntur temerarii, in glacie currentes.*)

Exacerbatus pater *ad legem Juliam* (In *magnâ illâ tabulâ legum, cujus ſuperior pars habet effigiem* Julii Cæſaris, *reliquæ etiam leges Juliæ exhibentur.*) *Adulterium* coërcet commiſſum *cum nuptâ*, (*l. 6. §. 1.*) occidítque *adulterum cum filiâ*, (*l. 20.*) quam habebat *in poteſtate* ſuâ, *l. 21.* ex *paternâ pietate*, (*l. 22. §. 4.*) Non enim adulter ſpem matrimonii, ſed ipſum *matrimonium violârat*, *l. 13. §. 3.* (*anchora, ad quam annulus, ſignificat* ſpem matrimonii: *manus ſecuri anchoram lædit*, i. e. ſpem violat.) Cujus *vir* quoque pudicitiam non *exhibuerat*, *l. 13. §. 5.* Adeò Exacerbatus fuit pater, quòd *adulterium cum inceſtu* commiſſum, *l. 38. pr.* Neque enim *juſtum dolorem* potuerat temperare, *l. 28. §. 8.*

Fuste per *vim publicam* verberatur & necatur civis iſte Romanus, juſſu ejus, qui habebat poteſtatem, (*l. 7.*) contra *legem Juliam de Vi Publicâ.* Idem convocaverat *pubem armatam*, ſeditionis faciendæ causâ, eóque læſerat *juſtitiam & tranquillitatem publicam*, (*l. 3.*) (*armata pubes adſtat.*)

Grassatores iſti Gymnasiarcham, adhibitis aliis hominibus, veluti *creditores*, per *Vim Privatam* ſpoliant, ſuúmque repoſcunt, (*l. 7.*) Sed id faciunt *ſine auctoritate judicis.* Amiſsâ igitur tertiâ bonorum parte *facti* ſunt *infames*, *l. ult.*

Homicida eſt *Sicarius*, qui Hominem iſtum *ſicâ* interficit, quem *veneficio* non poterat interimere. (*Craterem, in quo venenum, alterâ tenet manu.*) Committit Homicidium *voluntarium*, in quo voluntas (*Volans anas*) ſpectatur, *l. 14.* & *cauſa mortis*, *l. 15.* Idem antea occiderat *uxorem in adulterio deprehenſam*, eique levior pœna tum fuerat irrogata, *l. 1. §. ult.* *Furem* quoque *nocturnum* aliquando oc-

occiderat, quod etiam impunè tulerat, *l.9.*

Nihil intereſt, *occidat quis, an cauſam mortis præbeat*, l.15. (*Hæc leguntur.*)

In eum, qui uxorem deprehenſam *in adulterio occidit, levior pœna irroganda, &c*: l. 1. §. ult.

Furem nocturnum *ſiquis occiderit, ita demum impunè feret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit*, l. 9.

Insutus in culeum *Parricida* cum cane, gallo, viperâ & ſimiâ, tanquam in *Pompâ (l. Pompeja)* ad proximum mare fertur, *(l.9.)* Occiderat enim matrem *non per furorem, (l.9.§.ult.)* ſed dolo malo; itémque occiderat *fratres, ſorores, uxorem, cognatos & affines propiores omnes*, nec pepercerat *patrono. Emerat* quoque *venenum*, ut patri daret, *l.1.* Occiderat quoque *filium*: licèt *patria poteſtas* in *pietate*, non in atrocitate conſiſtat, *l.5.*

Judæis iſtis Legis Corneliæ (*Ad tabulam legum ſunt cornua*, i.e. lex Cornelia) pœna irroganda; quoniam alter *tabulas teſtamenti* corrumpit, ſibique adſcribit hereditatem, (*Teſta ſignificat* teſtamentum, & charta, *teſtamenti* tabulas) contra SCtum Libonianum, (S.C. *Libon. legitur in* libo.) Verùm, quum id eſſet *illicitè ſcriptum*, pro non ſcripto fuit, (*l.* 14. §.*1.*) Alter verò *aureos nummos partim radit*, partim *tingit vel fingit*, *(l. 8.)* Adeóque in *aurum quid vitii addit*, & flat argenteos nummos adulterinos, *(l.9.)*

Legatus & Locum tenens in poteſtate & officio conſtituti *(l.1.)* à milite, qui arma abjecerat, (*abjecta bombarda*) pecuniam (*in menſâ eſt*) acceperunt, ob *judicandum, (l.3.)* & ut *minùs ex officio* facerent, *l.4. (miles abſolutus abit.* Juliam legem *deſignat* Julii effigies *in tabulâ illâ, in quâ & ſequentes exhibentur Juliæ leges)* Quâ de causâ *relegabantur, (l.7.§.3.)*

Mulier iſta defert Molitorem, & de *Annonâ* præfectum *Annonæ* præſentem docet, quod iſte ſocietatem coierit, quo Milium (*in ſacco eſt*) fieret carius, (*l.2.*) Nam

9. De Lege Pompejâ de parricidiis.

Lege Pompejâ *de parricidiis cavetur, ut, ſiquis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, avunculum, amitam, conſobrinum, conſobrinam, uxorem, virum, generũ, ſocrum, vitricum, privignum, privignam, patronum, patronam occiderit, cujúsve dolo malo id factum erit: ut pœnâ eâ teneatur, quæ eſt legis Corneliæ de ſicariis. ſed & mater, quæ filiũ, filiámve occiderit, ejus legis pœnâ afficitur; & avus, qui nepotem occiderit; & præterea, qui emit venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare*, l. 1.

Patria poteſtas *in pietate debet, non atrocitate conſiſtere*, l. 5. (*patr. atrocitas*, legitur.)

Pœna parricidii *more majorum hæc inſtituta eſt; ut parricida virgis ſanguineis* (ſaligineis) *verberatus, deinde culleo Inſuatur cum cane, gallo gallinaceo, & viperâ, & ſimiâ, deinde in mare profundum culleus jactetur*, &c: l. 9. pr.

Sufficit furore ipſo *furioſum puniri*, l. 9. §. ult. (*furioſum furore puniri*, legitur.)

10. De Lege Corneliâ de Falſis, & de SCto Liboniano.

Lege Corneliâ *coërcentur hi, qui falſas teſtationes fecerunt, tabulas cerásve corruperunt, pecuniam adulterârunt, falſis inſignibus uſi ſunt*, l. 1. 2. 6. 8. 9. 13. 25. &c.

Falſi crimen eſt, *quod mendaciis & perfidiâ reip. repugnantibus committitur.* Libonianum SCtum ad Falſum *quoq; refert, ſiquis ſibi, teſtatore licet conſentiente, hereditatem aut legatum adſcripſit*, l. 15.

Placet *id, quod illicitè ſcriptum eſt, pro non ſcripto eſſe*, l. 14. §. 1.

11. De Lege Juliâ Repetundarum.

Lex Julia Repetundarum *pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſterióve publico cepit*, l. 1. pr.

Lege Juliâ repetundarum tenetur, *qui, cùm aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob judicandum, decernendúmve acceperit*, l. 3.

Vel quo magis *aut minùs quid ex officio ſuo faceret*, l. 4.

Pœna ordinaria *eſt quadrupli reſtitutio: extraordinaria relegatio, exilium, ordinis remotio*, (l. 7. §. 3.)

12. De Lege Juliâ de Annonâ.

Lege Juliâ de Annonâ *pœna ſtatuitur adversùs eum, qui contra Annonam fecerit, ſocietatémve coierit, quo Annona carior fiat*, l. 2. pr.

Jus non eſt *ordini cujusq; civitatis, pretium grani, quod invehitur, ſtatuere*, l. 3. §. 1.

Etſi non ſolent *hoc genus nunciationis mulieres exercere; tamen, quia demonſtraturam te, quæ ad utilitatem annonæ pertinent, polliceris, præfectum annonæ docere potes*, l. 3. §. 2.

pretium MILII aut *Annonæ* ſtatuere nulli competit ordini, *l. 3. §. 1.* Et ad hujusmodi nunciationem MULIER illa *admiſſa* fuit, quod heic ſingulare eſt.

13. Ad Legem Juliam Peculatus, & de Sacrilegiis, & de Reſiduis.

(Peculatus *propriè dictus eſt furtum pecuniæ publicæ.* Sacrilegium *eſt furtum rei ſacræ ex loco ſacro*, l. 1. De Reſiduis, *ſi aliquid reſidui ex pecuniâ publicâ apud ejus adminiſtratores; præcipuè, ſi delegatam in u um aliquem retinuerint, neq; in eundem erogaverint, in Reip. detrimentum*, ex l. 2. & 4.)

Res privatorum *ſi in ædem ſacram depoſitæ ſubreptæ fuerint, furti actio, non ſacrilegii eſt*, l. 5.

NUDUS iſte NEQUAM committit *Peculatum*, & *Sacrilegium*, ædem NICOLAI NOCTU expilans, auferénsque ex eâ *veſtes ſacras*; pecuniam *publicam Reſiduam* ibidem depoſitam, *l. 2. & 4.* Idem ex illâ æde quoque aufert nonnullas *res privatorum* illic depoſitas; unde *furti* quoque *actio* in illum data, *l. 5.*

14. De Lege Juliâ Ambitus.

Si contra hanc legem *magiſtratum aut ſacerdotium quis petierit; centum aureis cum infamiâ punitur*, l. un. §. 1.

Siquis reus vel accuſator *domum judicis ingrediatur; per legem Juliam judiciariam in legem ambitus committit, id eſt, aureos centum fiſco inferre jubetur*, l. un. §. ult.

OECONOMUS OCCULTE domum judicis ingreſſus, eum ONYCHINO calice *occultè* corrupturus, ad impetrandum vel *ſacerdotium*, vel *magiſtratum*. Sed propterea centum aureis cum infamiâ fuit punitus *Oeconomus* iſte.

15. De Lege Fabiâ de Plagiariis.

(Plagium *committit, qui ſciens hominem liberum dolo malo vendit aut emit*, l. 1. & 4.)

PLAGIARIUS iſte PUERUM hunc, liberum hominem, in ſacco ſub *lectis fabis (lex Fabia)* reconditum habet, eum venditurus.

16. Ad SCtum Turpillianum, & de Abolitionibus Criminum.

(*Hoc SCto temeritas Accuſatorum coërcetur.*)

Accuſatorum temeritas *tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubjicitur. Aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiverſantur*, l. 1. pr.

Calumniari eſt, *falſa crimina intendere*: Prævaricari, *vera crimina abſcondere*; Tergiverſari, *in univerſum ab accuſatione deſiſtere*, l. 1. §. 1.

QUÆSTORES iſti conſtituti, ut de *Abolitionibus* Criminum cognoſcerent, anus QUERULÆ & Turpis (*Turpillianus*) *temeritatem*, quâ fuerat *calumniata, prævaricata* & *tergiverſata*, coërcent, dictâ ex SC. Turpilliano pœnâ. Quâ de causâ aufugit, actionem deſerens.

17. De Requirendis vel Abſentibus damnandis.

(Requirendus *& citandus eſt Abſens, reus capitalis criminis, bonáq; ejus annotanda, ut ſui copiam faciat*, l. 1.)

Hoc jure utimur, *ne Abſentes damnentur: neq; enim, inauditâ causâ, quemquam damnari æquitatis ratio patitur*, l. 1. pr.

Anni ſpatium *ad occupanda bona ejus, qui requirendus adnotatus eſt, pertinet*, l. 2.

REQUIRITUR REMEX *Abſens* hac citatione publicè affixâ capitalis criminis reus; quoniam *non licebat damnare abſentem, inauditâ causâ, l. 1.* *Bona* ejus quidem fuerant *adnotata*; ſed non poterant occupari intra anni ſpatium, *l. 2.*

18. De Quæſtionibus.

(Quæſtioni *ſubjicitur capitalis criminis reus, ſi adſunt argumenta & indicia, quæ ad tormenta ſufficiunt*, l. 1.)

In criminibus eruendis *quæſtio adhiberi ſolet*, l. 1. pr.

SUSPECTA SAGA, criminisque capitalis rea, *Quæſtioni*, quæ in eruendis criminibus adhiberi ſolet, *(l. 1. pr.)* SUBJECTA SILET; neque ullo modo ei poteſt exprimi veritas, *l. 1. §. 23.*

Quæſtioni fidem *non ſemper, nec tamen nunquam habendam, conſtitutionibus declaratur. etenim res eſt fragilis, & periculoſa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique patientiâ, ſive duritiâ tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo poſſit. Alii tantâ ſunt impatientiâ, ut quævis mentiri, quàm pati tormenta velint*, l. 1. §. 23.

TRI-

TRISTES *pœnæ* convictis reis, aut veritate per quæſtionem extortâ, poſt ſententiam latam infliguntur, aliis *Corporis*, (*ſuſpenſis*, *decollatis & rotæ impoſitis*) aliis *Bonorum*, aliis *Exilii*. Iſtis enim rei capitalis damnatis contigit vel *mors*, (*decollatis* & *ſuſpenſis*) vel *civitatis amiſſio*, vel *ſervitus*, *l. 2. pr.* TRISTIBUS pœnis affecti *non provocârant*; ſi provocâſſent, nondum fuiſſent damnati, *l. 2. §. ult.* Triſti Tau ſeu patibulo affixi ſunt fures, non, ut *cogitationis pœnam* paterentur, (*cogitatio* legitur) quòd aliquando cogitâſſent furtum facere, *l. 18.* neque, quòd mercenarii *domeſticum* commiſiſſent *furtum*, (*l. 11. §. 1.*) *Furta* enim *domeſtica*, ſi viliora ſunt, publicè non vindicantur, *l. 11. §. 1.* Sed, cùm iterum *furta* commiſiſſent gravia, *cædem* & *convicia* feciſſent, propter illa *facta* demum ſunt ſuſpenſi, & *infidus advocatus* eſt, (*l. 18. pr.*) qui *ſuadendo* eos *adjuverat*, punitus ſeptẽ *modis* ſeu circumſtantiis rectè conſideratis, *l. 15. §. 1.* Advocato *verbera* adhibita *emendationis causâ*, *l. 10.* Etenim *ſeveritatem legum* benignitate voluit temperare, *l. 11.* & *pœnas mollire* potiùs interpretatione legum, quàm aſperare, *l. 42.* (*interpretationem legis deſignat* liber ad tabulas legis, in quo *interpretatio*.) Unum igitur ex furibus, qui *non erat honeſtior*, *fuſtibus* ſubjecit, *l. 28. §. 2.* Quum verò, nimiùm *multis perſonis graſſantibus*, exemplo eſſet opus, hujus maleficii ſupplicium exacerbavit judex, *l. 16. §. ult.* Fures igitur iſti ſuſpendio ſunt puniti, (*in patibulo pendent fures.*) Iſte, cui caput amputatur, *cædem fecerat impetu*, (*l. 11. §. 2.*) & *confugerat ad principis ſtatuam* in injuriam potiùs alterius, quàm ſui defenſionis gratiâ, *l. 28. §. 7.* Sed inde abreptus, & ſupplicio affectus eſt. Deinde, animadvertit judicans in *latronem*, qui non caſu vel impetu, ſed *propoſito* deliquerat, *l. 11. §. 2.* ejúsq; etiam ſupplicium exacerbavit, *l. 16. §. ult.* (*pennæ multæ ad rotam, in quâ latro, ſignificant* pœnas & ſupplicia exacerbata.) ita, ut membra latronis rotâ confringerentur, & caput iſtius infigeretur furcæ, ſeu palo, (*rota & palus, cui caput affixum, ſunt in picturâ*) *eo in loco*, ubi fuerat graſſatus latro; ut alii ejus *aſpectu deterrerentur*, & ſolatio eſſet cognatis interemptorum, *l. 28. §. 15.* Ita capitalium pœnarum *obſervati ſunt* gradus, *l. 28.* *in emendationem* hominum, l. 20. Carcer (*eſt in picturâ*) iſte non eſt exſtructus, ut quis *perpetuis vinculis* damnatus eo contineretur; id enim princeps fieri vetat, *l. 35.* Habetur enim non ad puniendos ho-

19. De Poenis.

(*Convicto reo, aut veritate per quæſtionem cognitâ, ſententia fertur; eiq; infligitur* pœna, *vel Corporis, vel Bonorum, vel Exilii.*)

Rei capitalis *damnatum ſic accipere debemus, ex quâ causâ damnato vel mors, vel civitatis amiſſio, vel ſervitus contingit*, l. 2. pr.

Eum accipiemus damnatum, *qui non provocabit: cæterùm, ſi provocet, nondum damnatus videtur*, l. 2. §. ult.

Cogitationis *pœnam nemo patitur*, l. 18.

Domeſtica furta *vocantur, quæ ſervi dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii, apud quos degunt, ſubripiunt*, l. 11. §. 1.

Furta domeſtica, *ſi viliora ſunt, publicè vindicanda non ſunt*, l. 11. §. 1.

Aut facta *puniuntur, ut furta, cædésq; aut dicta, ut convicia & infidæ advocationes; aut ſcripta, ut falſa & famoſi libelli: aut conſilia, ut conjurationes & latronum conſcientia, quósq; alios ſuadendo juviſſe ſceleris eſt inſtar*, l. 16. pr. *Sed hæc quatuor genera conſideranda ſunt ſeptem modis: causâ, perſonâ, loco, tempore, qualitate, quantitate & eventu*, l. 16. §. 1.

Perſpiciendum eſt judicanti, *nequid aut duriùs aut remiſſiùs conſtituatur, quàm cauſa depoſcit: nec enim aut ſeveritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt; ſed perpenſo judicio, prout quæq; res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè, in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent: in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi*, l. 11. pr.

Interpretatione legum *pœnæ molliendæ ſunt potiùs, quàm aſperandæ*, l. 42.

Honeſtiores *fuſtibus non ſubjiciuntur*, l. 28. §. 2.

Nonnunquam evenit, *ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties, nimiùm multis perſonis graſſantibus, exemplo opus ſit*, l. 16. §. ult.

Cùm leges omnibus hominibus *æqualiter ſecuritatem tribuant; meritò viſum eſt, in injuriam potiùs alterius, quàm ſui defenſionis gratiâ, ad ſtatuas vel imagines principum confugere*, l. 28. §. 7.

Delinquitur *aut propoſito, aut impetu, aut caſu.* Propoſito *delinquunt latrones, qui factionem habent.* Impetu *autem, cùm ad manus, aut ad ferrum venitur.* Caſu verò, *cùm in venando telum in feram miſſum hominem interficit*, l. 11. §. 2.

Famoſos latrones *in his locis, ubi graſſati ſunt, furcâ figendos, compluribus placuit: ut & conſpectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus; & ſolatio ſit cognatis & adfinibus interemptorum eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent*, l. 28. §. 15.

Capitalium pœnarum *ferè iſti gradus ſunt*, &c: l. 28.

Pœna conſtituitur *in emendationem hominum*, l. 20.

Mandatis principalibus *cavetur, nequis perpetuis vinculis damnetur*, l. 35.

Carcer ad continendos homines, *non ad puniendos haberi debet*, l. 8. §. 9.

Abſens *in criminibus damnari non debet*, l. 5. pr.

Qui abortionis *aut amatorium poculum dant; etſi dolo non faciant: tamen, quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam, amiſsâ parte bonorum, relegantur: quòd ſi eo mulier aut homo perierit; ſummo ſupplicio afficiuntur*, l. 38. §. 5.

Nec de ſuſpicionibus *debet aliquis damnari*, l. 5. pr.

Satiùs eſt, impunitum *relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare*, l. 5. pr.

Contumacia *cumulat pœnam*, l. 4.

Prægnantis mulieris *conſumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat. Ego quidem, & ne quæſtio de eâ habeatur, ſcio obſervari, quamdiu prægnans eſt*, l. 3.

Crimen vel pœna paterna *nullam maculam filio infligere poteſt. Namq; unusquisq; ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur*, l. 26.

Fortuita incendia, *ſi, cùm vitari poſſent, per negligentiam eorum, apud quos orta ſunt, damno vicinis fuerunt, civiliter exercentur; ut, qui jacturâ affectus eſt, damni diſceptet, vel modicè vindicaretur*, l. 28. §. 12.

homines, ſed ad *continendos*, *l. 8. §. 9.* Ne videlicet *abſentes* in criminibus damnarentur, *l. 5. pr.* *Prægnans* mulier igitur carcere illo detinetur, accuſata, quòd ancillæ ſuæ *abortionis*, & juveni cuidam *amatorium poculum* dederit, quo periiſſent, *l. 38. §. 5.* Suſpicionibus verò non poterat damnari, *l. 5. pr.* Satiùs enim erat impunitum facinus relinqui, quàm innocentem damnare, *l. 5. pr.* (*Innoc. occid.* legitur.) Quòd verò illa mulier *contumaciâ* ſuâ (*contum.* legitur) videretur pœnam cumulare, *l. 4.* decretum eſt, *quæſtionem* de eâ habere, quamprimum peperiſſet; eámque, ſi maleficium confeſſa, *ſummo* afficere *ſupplicio*, *l. 3. & 38. §. 5.* Neque tamen crimine aut pœnâ iſtâ maternâ *partui* potuit *infligi macula*; quum nemo alieni criminis ſucceſſor ſit conſtituendus, *l. 26.* (*ex ſuo admiſſo* legitur.) In eodem carcere continetur Tonſor quidam, per cujus negligentiam *incendium fortuitum* ortum; ut civiliter exerceatur à vicinis jacturâ per incendium affectis, qui damni diſceptant, *l. 28. §. 12.*

20. De Bonis Damnatorum.

Damnatione *bona publicantur, cùm aut Vita adimitur, aut civitas, aut ſervilis conditio irrogatur*, l. 1. pr.

Æquiſſimum exiſtimatum eſt, *eo caſu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum: ne alieno admiſſo graviorem pœnam luerent, quos nulla contingeret culpa, interdum in ſummam egeſtatem devoluti*, l. 7. pr.

Ex his, quæ per flagitium *damnatus acquiſivit, portiones liberorum non augentur*, l. 7. §. 4.

VINEA, quæ erat in bonis Damnati VINITORIS, publicatur & fiſco adſcribitur ab ejus VINDICE. VITA enim VINITORI adempta erat, *l. 1. pr.* Habita tamen eo in caſu *liberorum ratio*, quos culpa parentis non contingebat, ne in ſummam egeſtatem devolverentur, *l. 7. pr.* Verùm ex his, quæ *Vinitor per flagitium acquiſierat*, liberorum portiones non ſunt auctæ, *l. 7. §. 4.*

21. De Bonis eorum, qui ante ſententiam vel Mortem ſibi conſciverunt, vel Accuſatorem corruperunt.

(*Bona eorum, qui mortem ſibi conſciverunt, ſi pro confeſſis habiti, publicantur*, l. 3.)

In capitalibus *criminibus à principibus decretum eſt, non nocere ei, qui adverſarium corrupit: ſed in his demum, quæ pœnam mortis continent. Nam ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluit*, l. 1.

ÆTHIOPS iſte, quum adverſarium ſuum non potuiſſet *corrumpere*, *l. 1.* (*Crumena cum pecuniâ, quâ adverſarium adortus, adjacet.*) in carcere *ante ſententiam mortem ſibi conſcivit* ſuſpendio: cujus *bona*, quoniam pro confeſſo habitus, *publicata ſunt*, *l. 3.*

22. De Interdictis, & Relegatis, & Deportatis.

(Interdicti *dicuntur, qui loco, honore, negotiatione, aut aliâ re in perpetuum, vel ad tempus removentur*, ex l. 7. Relegatio eſt, *quâ quis ſine ademptione civitatis certo loco manere aut abeſſe jubetur*, ex l. 7. Deportatio *in inſulam eſt perpetua relegatio cum amiſſione civitatis*, ex l. 15.)

BENEDICTINI ſunt iſti monachi, ex quibus humi jacens mœrore conficitur, quòd non eſt BENEDICTUS, ſed INTERDICTUS *loco, honore & negotiatione*, licèt non in perpetuum, ſed ad certum tempus, *l. 7.* (*deſignatur clepſydrâ.*) Alter BENEDICTINUS *Relegatus* abit ad certum locum, quo manere juſſus, *l. 7.* Tertius *Deportatus* in picturâ non apparet; quoniam abeſt in Inſulam deportatus, nunquam rediturus, *l. 15.*

CRE-

CREDITOR *(in veſte gerit ſignum crucis, quod nobis credentem ſeu creditorem deſignat)* non poterat convenire *(ex l. 2.)* mulierem CRETENSEM, in metallum damnatam, adeóque ſententiam paſſam, ſed reſtitutam à Principe: cùm verò in omnia ſua bona non eſſet reſtituta, CrEditor eam non poterat convenire, *l. 3. (Mulier commonſtrat* CREDITORI *Principis diploma, per quod reſtituta, etiam in cognationis jura, l. 3.)*

DELINQUENTIUM & DEPORTATORUM *iſtorum* in DElum inſulam cadavera non licet inde transferre; quoniam pœna eorum etiam poſt mortem manet, *l. 2. (jacent ibidem cadavera defunctorum inſepulta.)* Quanquam cætera DELINQUENTIUM damnatorum corpora tradita fuerint eorum *cognatis. (nulla apparent in patibulo cadavera; tradita igitur ſunt eorum cognatis* ad ſepulturam, *l. 1. & 3. Sepulturam denotat ligo.)*

23. De Sententiam Paſſis & Reſtitutis.

(Sententiam qui paßi, per gratiam Principis *reſtituti liberati, bona ſua quæ habebant, recuperare poſſunt.),*

24. De Cadaveribus Punitorum.

Siquis in inſulam deportatus *vel relegatus fuerit, pœna etiam poſt mortem manet,* l. 2.

Corpora eorum, *qui capite damnantur, cognatis ipſorum neganda non ſunt,* l. 1.

Corpora animadverſorum *quibus libet petentibus ad ſepulturam danda ſunt,* l. 3.

DIGEST. LIB. XLIX.

T*ituli effecti ſunt in* INSIGNIBUS *propter literas II, quæ nobis deſignant 49. In* INSIGNIBUS *iſtis depicta ſunt, quæ ad* Appellationes *pertinent. Titulos hic liber habet* 18. *Poſtremus eſt* de Veteranis; *qui* SACRAMENTO *ſunt ſoluti. Secundæ inſtantiæ judicium, & proceſſum Appellationis hæc exhibent* INSIGNIA. (1) Appellans, (2) *cùm à Buſiride* non liceret appellare, (3) *appellavit à Conſule ad* Principem, (4) intra Decendium, (5) *Quæ Experti Roberti* appellatio recepta, (6) *Datiq; ſunt Fulminantes* Apoſtoli, *eâ lege,* (7) *ne quidquam* Innovaret. (8) *Sententiam ſine appellatione non poterat* reſcindere. (9) *Ipſe appellans* IMPEDITUS cauſam appellationis *reddit per procuratorem,* (10) *quoniam ipſe tutor,* magiſtratus & Judex creatus. (11) *Idem ille appellans profectus Luneburgo in* provinciâ defenditur. (12) *Coactus tamen Miniſter ejus apud eundem judicem, à quo provocârat,* reliquas ſuas cauſas agere. (13) *Sed demum,* pendente *adhuc* lite, mors *intervenit Notarii; quoniam ille mortuus fuerat ſine herede,* (14) Fiſcus *ſuo* jure *conſequutus eſt ejus bona,* (15) *Quo* captivi *nonnulli ab hoſtibus redempti ſua recuperârunt, jure* Poſtliminii. (16) *Iſti deinde ſunt conſtituti, qui cognoſcerent* de re militari, *& delictis* Quiritium, (17) *& de* Relicto peculio caſtrenſi; (18) *Itémq; de* Veteranorum *immunitatibus & privilegiis.*

ANSA duplex APPELLATIONIS & *Relationis* datur AFFLICTO, ſeu victo in judicio. (*ANSAE ex alterâ parte pendet pellis, ſignificat* Appellationem; *ex alterâ verò charta, quâ Relationes continentur.)* Afflictus iſte

1. De Appellationibus & Relationibus.

(Appellatio eſt *ab inferiore judice ad ſuperiorem, obſervatis gradibus, facta provocatio.* Relatio eſt *vel deliberandi in jure, aut de re dubia, aut red-*

apud

dendæ rationis de re aliquâ ad ſuperiorem miſſa conſultatio: v. g. *ſi res controverſa poſt latam ſententiam, appellatione non receptâ, ad principem referatur, qui eam probet vel improbet.*)

Sed ſi apud acta *quis ipſo die vivâ voce appellaverit, ſatis erit, ſi dicat*, Appello, l. 2.

Credo humanitatis ratione *omnem provocantem audiri debere*, l. 6.

In communi cauſâ *quotiens alter appellat, alter non, alterius victoria ei proficit, qui non provocavit*, l. 10. §. 4.

apud acta, quæ manu jactat, vivâ voce dixerat, APPELLO, *l. 2.* Audiendus igitur iſte provocans *humanitatis ratione, l. 6.* Sed in communi cauſâ ſunt, (*in caudâ communi ſunt.*) Licèt unus appellâſſet, (*libellum, quo appellat, offert*) alter verò non provocâſſet; *victoria* tamen utrique profuit, *l. 10. §. 4.* (*Laurea, victoriæ inſigne, utriq; prodeſt.*)

2. A quibus Appellare non licet.

A Principe appellare *fas non eſt; cùm ipſe ſit, qui provocatur*, l. 1. §. 1.

Interdum Imperator *ita ſolet judicem dare, ne liceret ab eo provocare*, l. 1. §. 4.

BUSIRIS rex Ægypti erat, à quo non licebat *Appellare*: ille enim hoſpites ſuos immolare ſolebat; unde omni fuerunt excluſi appellatione (*A BUSIRIDE appellans non auditur; recedens incidit in alium judicem, qui habebat privilegium de non appellando, l. 1.*)

3. Quis à Quo Appelletur.

Generaliter is erit provocandus *ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, qui provocaretur ab eo, qui mandavit juriſdictionem*, l. 1. §. 1.

CONSUL in tribunali ſedens eſt, à quo appellat (*qui habet pellem*) ad *Principem* ibidem ſtantem. Is enim conſule ſuperior eſt, adeóque appellatur.

4. Quando Appellandum ſit, & intra quæ tempora.

Appellandum eſt *non ante ſententiam latam; ſed poſt eam: ubi biduum vel triduum conceditur*, l. 1. in fine. (*Verùm tempus interponendæ appellationis hodie eſt decendium.*)

DECIMO DIE hodie *Appellandum.* (*in pelle, quæ denotat appellationem, eſt ſolis ſignum, diem ſignificans, in cujus medio apparet litera X, decimum denotans numerum. Horologium adjacens deſignat Quando.*)

5. De Appellationibus Recipiendis, vel Non.

(*Is, à quo appellatur, Recipere appellationem tenetur.*)

Non ſolent audiri *appellantes, niſi hi, quorum intereſt, vel quibus mandatum eſt, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum reus habeat*, l. 1. pr.

EXPERTI Roberti *Appellatio* recipitur à judice, (*pellem* i. e. *appellationem recipit judex*) quoniam EXECUTIO nondum erat decreta, ipſiúſque *intererat.*

6. De Libellis Dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur.

Poſt appellationem interpoſitam *literæ dandæ ſunt ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt*, l. un. pr.

(*Hæ literæ, quæ Apoſtoli dicuntur, ordinis ſervandi cauſâ in judicio requiruntur. ſi eas requiſitas judex deneget, non nocet requirenti*, ex l. un. in fine.)

FULMINANTES *Apoſtoli* ſunt FILII Zebedæi; qui geſtant *libellos Dimiſſorios* FULMINANTES: Ab injuſto Judæorum ſynedrio appellantes ad Moſen, hos acceperant *libellos Apoſtolicos*; quos ſynedrium iis non potuerat denegare.

7. Nihil Innovari appellatione interpoſitâ.

Appellatione interpoſitâ, *ſive ea recepta ſit, ſive non, medio tempore nihil novari oportet: ſiquidem fuerit recepta appellatio, quia recepta eſt: ſi verò non eſt recepta, ne præjudicium fiat, quoad deliberetur, utrùm recipienda ſit appellatio, an non ſit. Receptâ autem appellatione tamdiu nihil erit innovandum, quamdiu de appellatione fuerit pronunciatum*, l. 1. pr. & §. 1.

GLOMI, inter quos pellis poſita, deſignant *Interpoſitam Appellationem*: in quibus nihil licet *innovare*, aut ei nova addere fila, ne vel inter ſe, vel cum pelle intricentur. Alter *glomus* (ſeu appellatio) demum acceptus eſt; alter verò rejectus.

8. Quæ Sententiæ ſine Appellatione Reſcindantur.

HYPOCRITA judex (*ex caudis Vulpinis, quas in capite geſtat, cognoſcitur*) judicans, quum erra-

erraret in calculo, *l. 1. §. 1.* (*numeri in tabulâ, quam manu tenet, calculi errorem deſignant.*) Judicaretque *contra ſacras conſtitutiones, l. 1. §. 2. ex Edicto* peremptorio *nondum propoſito, l. 1. §. 3.* contra HERMAPHRODITUM, qui in rebus humanis non erat, *l. 2.* præciperétque *impoſſibile, l. 3.* Hoſpes procurator ſine appellatione reſcindit & deſcindit chartam, in quâ ſententia iſta fuerat ſcripta. (*impoſſ. null. mom.* legitur.)

IMPEDITUS per *Alium*, procuratorem ſuum, *Cauſas Appellationis* reddit, (*offert judici pellem, ad quam multæ caudæ*) quas accipit judex; quod pertinerent ad *cauſas pecuniarias*; non verò ad *capitales.*

JUDEX admittit *Appellationem* (*accipit pellem*, i.e. Appellationem.) Tutoris (*qui clypeum geſtat*) & Curatoris, (*cognoſcitur ex clavibus*) licèt jam eſſent magiſtratus creati.

LUNEBURGO proficiſcens LIPSIAM pellem geſtat: *(appellationem deſignat)* in provinciâ LUNEBURGENSI nihilominus defenditur.

MYSTA ſive MINISTER Eccleſiæ ab hoc judice, à quo appellaverat, *(pellē ſuam,* i.e.) appellationem *aufert*; non tamen permittitur alias ſuas cauſas (*caudas*) ad alium transferre judicem.

NOTARIUS (*ad pellem jacens*) mortuus eſt *Pendente Appellatione*, (*pellis ejus pendet*) itáque crimen cum eo extinctum, (*illa leguntur*) atque *evanuerunt* cæteræ etiam ejusdem *appellationes*, quoniam mortuus ſine herede.

ORCUS eſt *Fiſcus* cum *ſuo jure*, (*in ciſtâ illâ eſt pecunia* Fiſci, *in paropſide eſt* jus) ex quo privatorum pecunia ſemel illata nullo modo liberari poteſt. *Fiſcus* enim, ſicut & ORCUS, multa habet *privilegia.* Prædium iſtud eſt Fiſci; cujus *pretium*, quòd colonus illud diligenter curâſſet, fuit *ampliatum*, (*ruricola colit agrum vineámq; repaſtinans,*) *l. 3. §. 5.* Id verò erat in ruricolæ hujus bonis, *quod æri alieno*, quo Fiſco obſtringitur, *ſupereſt, l. 11.*

Si calculi error *in ſententiâ eſſe dicatur*, *appellare neceſſe non eſt*, l. 1. §. 1.

Cùm contra ſacras conſtitutiones *judicatur, appellationis neceſſitas remittitur*, l. 1. §. 2.

Cùm ex edicto peremptorio, *quod neq; propoſitum eſt, neq; in notitiam pervenit, abſentis condemnatio fit; nullius momenti eſt ſententia*, l. 1. §. 3.

Is, qui in rebus humanis *non fuit ſententiæ dictæ tempore, inefficaciter condemnatus videtur*, l. 2.

Impoſſibile præceptum *judicis nullius eſt momenti. Ab eâ ſententiâ, cui pareri per rerum naturam non potuit, ſine causâ appellatur*, l. 3.

9. An per Alium Causæ Appellationum reddi poſſunt.

(*Per Alium, videlicet procuratorem, conceditur iſtud in cauſis pecuniariis; non verò in capitalibus: cùm alter pro altero puniri nequeat*, ex l. 1.)

10. Si Tutor vel Curator Magiſtratus creatus appellaverit.

(*Admittitur his ex cauſis appellatio*, l. 1. Si *verò damnum reip. interea contingat, ad periculum appellantis pertinet, ſi appellationem non probaverit*, l. 2.)

11. Eum, qui Appellaverit, in Provinciâ Defendi.

Eum, qui appellavit, *oportet in provinciâ defendi in aliis ſuis cauſis, etiamſi appellationis causâ peregrinetur*, l. 1.

12. Apud eum, à Quo appellatur, Aliam Cauſam agere compellendum.

Tametſi appellatio interpoſita ſit, *tamen apud eundem judicem, à quo quis provocavit, compelletur alias cauſas, ſiquas habet, agere: nec utetur hoc prætextu, quaſi ad offenſum judicem non debeat experiri; cum poſſet denuò provocare*, l. 1.

13. Si Pendente Appellatione Mors intervenerit.

(Expirat appellatio *in causâ criminali, ſi mors appellantis intervenerit. Si absq; herede mortuus appellans, cujuscunq; generis appellatio evaneſcit*, ex l. 1.)

Pendente appellatione *morte rei crimen extinguitur*, l. 1. pr.

14. De Jure Fiſci.

(*Jus Fiſci ad privatorum bona pertinet, quatenus bona privatorum variis ex cauſis in Fiſcum deferuntur: idem jus Fiſci pertinet etiam ad perſonas, quatenus multa habet Fiſcus privilegia ex ſingulari jure profecta, præcipuè, quòd Fiſcus tacitam habet hypothecam, debitorem debitoris convenire poteſt, jure minorum fruitur; licèt illa in aliis non obtineant.* hoc tit. paſſim.)

Sicut diligenti culturâ *pretia prædiorum ampliantur; ita, ſi negligentiùs habita ſint, minui ea neceſſe eſt*, l. 3. §. 5.

Id bonorum *cujusq; eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt*, l. 11.

15. De Captivis, & de Poſtliminio, & Redemptis ab hoſtibus.

(Captivus eſt, *qui in bello captus ſervus hoſtium factus*, ex l. 4. 5.)

Hoſtes ſunt, *quibus bellum publicè populus Romanus decrevit; vel ipſi populo Romano. cæteri latrunculi vel prædones appellantur*, l. 24.

Ius Poſtliminii *in bello eſt, cùm hi, qui nobis hoſtes ſunt, aliquem ex noſtris ceperunt, & intra præſidia ſua perduxerunt. Nam ſi eodem bello is reverſus fuerit, Poſtliminium habet*: id eſt, *perinde omnia reſtituuntur ei jura, ac ſi captus ab hoſtibus non eſſet*, l. 5. §. 1.

Poſtliminium eſt *jus amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos populos regésq; moribus, legibus conſtitutum*, l. 19. pr.

(Redemti ab *hoſtibus ſunt, qui ab iis pretio liberati; quod hi liberatoribus reſtituere tenentur, nexi jure pignoris.*)

A piratis aut *latronibus capti liberi permanent*, l. 19. §. 2.

Diſciplina caſtrorum *antiquior fuit parentibus Romanis, quàm caritas liberorum*, l. 1[illegible]. §. 7.

Postliminium (inter *oſtes* iſtos & *limen*) Captivi iſti, (*catenas & vincula gerunt*) in bello ab hoſtibus capti, redeunt ost ad *limen* patroni ſui. Capti fuerant non à latrunculis, ſed ab *hoſtibus*, *l. 24.* Atque hinc ex Postliminio omnia jura eis ſunt reſtituta, *l. 5. §. 1. l. 19. pr.* Alter eorum pretio ab hoſtibus fuerat *Redemptus*, quod reſtituere tenetur liberatori ſuo & patrono. Antea fuerant à piratis capti, ſed tum manſerunt liberi, *l. 10. §. 2.* Ipſis his captivis deinde *caſtrorum diſciplina*, per cujus negligentiam in hoſtium venerant poteſtatem, erat antiquior, quàm caritas liberorum, *l. 19. §. 7.* (*caſtra ſunt Romana, in quibus nonnulli pendent in patibulo, propter diſciplinam caſtrorum violatam.*)

16. De Re Militari.

(*De delictis militaribus heic præcipuè agitur.*)

Militum delicta ſive admiſſa *aut propria ſunt, aut cum cæteris communia*: (ut furtum, adulterium, homicidium) *unde & perſequutio aut propria, aut communis eſt. Proprium militare eſt delictum, quod quis, uti miles, admittit*, l. 2. pr.

Emanſor eſt, *qui diu vagatus ad caſtra regreditur*, l. 3. §. 2.

Deſertor eſt, *qui per prolixum tempus vagatus reducitur*, l. 3. §. 3.

Qui ſtationis munus *relinquit, plus quàm emanſor eſt*, l. 3. §. 5.

Pœnæ militum hujuſcemodi *ſunt: caſtigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, gradus dejectio, ignominioſa miſſio*, l. 3. §. 1.

Miſsionum generales cauſæ *ſunt tres: honeſta, cauſaria, ignominioſa*, l. 13. §. 3.

Officium tribunorum eſt, *vel eorum, qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, ad exercitationem producere, claves portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, menſorum fraudem coërcere, delicta ſecundùm ſuæ autoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe*, Querelas *commilitonum audire, valetudinarios inſpicere*, l. 12. §. 2.

Quires illas, i. e. *haſtas*, Quirites reliquerunt *Deſertores & Emanſores*, ex quibus nonnulli etiam *ſtationis* munus reliquerant, *l. 3.* In quos reverſos & retractos animadverſum; ac diverſis diverſæ ſunt inflictæ pœnæ: videlicet *caſtigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, gradus dejectio, ignominioſa miſſio*, *l. 3.* Quare *miſſio* iſtorum non erat *honeſta*, nec *cauſaria*, *l. 13. §. 3.* Deſeruerant autem Quirites iſti Quires ſuas, quòd tribunus ſuum non rectè feciſſet officium, neque Querelas ipſorum audire voluiſſet, *l. 12. §. 2.*

17. De Caſtrenſi peculio.

Caſtrenſe peculium eſt, *quod à parentibus vel cognatis in militiâ agenti donatum eſt; vel quod ipſe filiusfamilias in militiâ acquiſiit, quod, niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet. Nam quod erat & ſine militiâ acquiſiturus, id peculium ejus caſtrenſe non eſt*, l. 11.

Relictum pecus eſt Relictum peculium militis in caſtris defuncti; ad cujus parentem Redit hoc Relictum peculium caſtrenſe, qui filio *militanti* illud donârat.

SACRAMENTO SOLUTI iſti *Veterani* milites (*calix cum hoſtiâ deſignat ſacramentum*, *quo ſoluti dimittuntur*) abeunt, honeſtè dimiſſi à ſuis tribunis. SOLUTO ſtipendio (*pecunia in menſâ*) relinquunt arma. (*bombardam*) Iis data à Principe *immunitas* & privilegia à vectigalibus, tributis & oneribus.

18. De Veteranis.

Veterani dicuntur milites, *qui honeſtè* SAcramento *militiaq;* Soluti *ſunt*, *iisq; data immunitas*, l. 2.

Habent veterani privilegia *in delictis & pœnis*, l. 1. &. 3. *In Tributis*, *Vectigalibus & oneribus*, l. 2. §. 1. & l. 5.

DIGEST. LIB. L.

Tituli *collocati ſunt intra* JYGA *ſeu* juga, *in quo vocabulo in locum literæ U ſubſtituimus Y, & pro juga ſcripſimus JYga, ſignificaturi numerum* 10. *in vicenis tertiis, i. e.* 50. *Etenim in Latinâ Linguâ non reperitur vocabulum, quod poſt literam J habeat I. Municipalia illa ad JYga ſunt effecta; quoniam Municipales leges ſunt municipiorum* veluti *juga & onera. Liber hic titulos habet* 17. *Poſtremus eſt de* Diverſis Regulis juris RATIONALES *ſunt* Regulæ *juris à* RATIONE *profectæ.* (1) ADOPTATI *ad* Municipalem *incolæ* (2) *cum* Decurionum filiis (3) Albo inſcribuntur. *Atq; ex iis electi, quibus* (4) Dignitates & munera *conferrentur*, (5) *Quorum* Vacationem & Excuſationem *habet ſenex ille.* (6) Immunitatis jure *fruuntur* FABRI (7) & Gentium Legati. (8) Hamburgenſis adminiſtratur civitas, (9) *Secundùm* ILLEGITIMA Decreta *ab* ordine *facta*, (10) *Curaturq;* opus publicum Jehovæ, (11) & *decretum, ut* Liberæ *haberentur* Nundinæ, (12) *Quod* pollicitus Murarius, (13) *Et de his* Extraordinariè *non* cognoſcit Numerus *Profeſſorum Extraordinarius:* (14) *Sed tantùm cognoſcit de* Operulâ Proxenetæ, & *de* (15) Pratorum Cenſibus, *idq; ex* Publicis tabulis, (16) *Ex quibus explicant*, Quid *verbum* Quis ſignificet, (17) *Et ſecundùm quas* RAtionales Regulas *ſit conſtruendum & conjungendum cum nominibus aliis.*

ADOPTATI iſti ADOPTIONE fiunt municipes, ſecundùm legem *Municipalem*, coram magiſtratu; fiúntque muneris participes, & cives; (Adoptantur ſtantes iſti à ſedente magiſtratu.) qui fuerant incolæ. In quâ ADOPTIONE *Veritas originis* errore non fuit amiſſa, *l. 6. pr.* (*errore legitur ad effigiem veritatis, quæ nuda cum libro pingitur.*) Magiſtratus, qui adeſt, officium eſt individuum, ſed periculum commune, *l. 11. pr.* (*officium individ.* legitur.) Iſti *municipes* facti *ſciunt*, quod ſciunt hi, quibus ſumma reip. commiſſa eſt, *l. 14.*

1. Ad Municipalem & de Incolis.

Municipem aut *nativitas facit, aut manumiſſio, aut* Adoptio, l. 1. pr.

Propriè *municipes appellantur muneris participes, recepti in civitate, ut munera nobiſcum facerent. Sed nunc abuſivè municipes dicimus ſuæ cujusq; civitatis cives*, l. 1. §. 1.

(*Municipalis lex eſt, quæ ad municipia, eorúmq; magiſtratus & cives pertinet.*)

Incola eſt, qui domicilium in aliquo municipio habet, ubi magiſtratibus paret, & munera publica obit, (ex l. 29. & 34.)

Errore veritas *originis non amittitur*, l. 6. pr.

Magiſtratuum *officium individuum, ac periculum eſt commune*, l. 11. pr.

Municipes intelliguntur ſcire, *quod ſciant ſi, quibus ſumma reipublicæ commiſſa eſt*, l. 14.

BITHYNIÆ præſes BINORUM Decurionum BINOS filios *ſpurios* (*Decuriones co-*

2. De Decurionibus & Filiis eorum.

(*Decuriones in dignitate & honore conſtituti erant loco ſenatorum, gaudebántq; privilegiis, quorũ etiam filii eorum erant participes. Filii decurionum dicebantur, qui patre decurione erant concepti & nati.*)

Honores & munera *non ordinationi, ſed potioribus quibusq; injungenda*, l. 7. pr.

Spurios poſſe *in ordinem* (decurionum) *allegi, nulla dubitatio eſt*, l. 3. §. 2.

Nullum patris delictum *innocenti filio pœnæ eſt*, l. 2. §. 7.

Eis, qui Judaicam ſuperſtitionem *ſequantur* (intelliguntur Chriſtiani) *Divi Severus* (Verus) *& Antoninus honores adipiſci permiſerunt, ſed & neceßitates eis impoſuerunt, quæ ſuperſtitionem eorum non læderent*, l. 3. §. 3.

3. De Albo Scribendo.

(In Albo, ſeu *matriculâ publicâ, decurionum nomina oportebat eſſe ſcripta, ſecundùm legem principalem, ad ordinem obſervandum in ſententiis dicendis & muneribus ſuſcipiendis: Sed eorum nomina antè ſcribi oportebat, qui dignitates principis judicio erant conſecuti*, ex l. 1. & 2.)

4. De Muneribus & Honoribus.

Honor municipalis eſt *adminiſtratio reip. cum* Dignitatis *gradu, ſive cum ſumptu, ſive ſine erogatione contingens*, l. 14. pr.

Gradatim *honores deferantur*, l. 11. pr.

Siquis accuſatorẽ non *habeat, non debet honoribus prohiberi: quemadmodum non debet is, cujus accuſator deſtiterit*, l. 6. §. 2.

Debitores rerump. *ad honores invitari non poſſe, certum eſt, niſi priùs in id, quod debetur reip. ſatis fecerint*, l. 6. §. 1.

Honorem ſuſtinenti *munus imponi non poteſt; munus ſuſtinenti honor deferri poteſt*, l. 10.

Munus publicum *dicitur, quod in adminiſtrandâ republicâ cum ſumpto ſine titulo dignitatis ſubimus*, l. 14. §. 1.

(*Munera igitur ſunt onera ſine dignitate. Sunt autem vel* perſonalia, *quæ animi proviſione & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento, perpetrantur*, l. 18. pr. & §. 1. *Vel* patrimonialia, *quæ ſumptibus patrimonii & damnis adminiſtrantis expediuntur*, l. 18. §. 18. *Vel* mixta, *quæ utroq; modo geruntur*, d. l. §. 26.)

Irenarchæ Diſciplinæ *publicæ & corrigendis moribus præficiuntur*, l. 18. §. 7.

Defenſores, *quos Græci* Syndicos *appellant, & qui ad certam cauſam agendam vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris adgrediuntur*, l. 18. §. 13.

Magiſtris, qui *civilium munerum vacationem habent*, item Grammaticis, & Oratoribus, & Medicis, & Philoſophis, *ne hoſpitem reciperent, à Principibus fuiſſe immunitatem indultam, & Divus Veſpaſianus, & Divus Hadrianus reſcripſerũt*, l. 18. § f.

5. De Vacatione & Excuſatione Munerum.

rumq; filii ſignati ſunt litera X, quæ aliàs decem deſignat; *quaſi decuriores & decuria à voce* decem *nomen habuiſſent*) legitima, ut parentum privilegiorum & honorum fierent participes, qui aliàs potioribus injungendi, *l. 7.* (*Honor potioribus* legitur. *in ordinem decurionum alleguntur per diploma Principis, quod Bithyniæ præſes manu jactat, l. 3. §. 2.*) Quoniam *nullum parentum delictum* innocentibus filiis pœnæ eſt, *l. 2. §. 7.* (*Non patris delict.* leg.) Licet parentes eorum etiam *Judaicam ſuperſtitionem* fuiſſent ſecuti, *l. 3. §. 3.* (*Decuriones iſti ſunt Chriſtiani, quod iterum illa liter. X, crucis formam habens, ſignificare poteſt.*)

CONSCRIBENDUM eſt ALBUM, in eóq; CONSCRIBUNTUR decurionum nomina, ad ordinem obſervandum; ita tamen, ut eorum nomina antè CONSCRIBANTUR, qui dignitatem *Principis judicio* fuerant CONSECUTI.

DIGNITATES, (*Dignitatum & Honorum inſignia ſunt in picturâ; ut Infula, pileus turritus, quales geſtant ſenatores Hamburgenſes, pedum epiſcopale, corona, & lituus ſeu baculus, quo utuntur tribuni militares*) cum quibus ſunt Honores, (*l. 14. pr.*) deferendæ ſunt *gradatim, l. 11. pr.* & iis, qui non habent *accuſatores, l. 6. §. 2.* Non autem ad DIGNITATES & Honores invitandi ſunt DEBITORES reip. *l. 6. §. 1.* Hiſce DIGNITATES & Honores ſuſtinentibus *munera* non poſſunt imponi: Verùm munus ſuſtinentitibus DIGNITATES & Honores deferri poſſunt, *l. 10.* *Munera* enim publica in adminiſtrandâ rep. *cum ſumptu* geruntur, ſine Dignitate, *l. 14. §. 1.* Eáque alii ſuſtinent *labore corporis* vel *animi*; alii *ſumptibus & damnis*; atque alii *utroq; modo, & labore & ſumptibus, l. 18. pr. §. 1. 18. & 20.* In his verò Irenarchæ munus, qui DISCIPLINÆ *publicæ* & corrigendis moribus præerat, *l. 18. §. 7.* Itémque DEFENSORIS & Syndici munus perſonale eſt. Sed horum munerum omnium Vacationem habent *Magiſtri, Grammatici, Oratores, Medici* & *Philoſophi, l. 18. §. fin.*

EMERITUS & EGENUS iſte ſenex *Vacationem* munerum habet *Principis beneficio.* Quum

Quum EXCUSATIONEM numerus liberorum & ætas ſeptuaginta annorum (*tantam enim habet ætatem*) ab honoribus aut muneribus his cohærentibus non præſtarent, (*l.2.§.1.*) Principis ſui beneficio impetravit Vacationem, factúſque EMERITUS, quod EGENUS eſſet, & liberos haberet, (*circa ſenem iſtum eſt liberorum numerus.*)

FABRORUM corpus, ad menſam conſiſtens, *Immunitatis jure* (juſculo) gaudet, eóque veſcitur, quod perpetuò durat, *l.5.§.12.* Quod jus ad *Perſonas* FABRORUM pertinet, neque ad eorum heredes, niſi ſingulari indultu, tranſit, *l.4.* Ita enim pericula non ſolùm FABRORUM, ſed etiam *naviculariorum & gladiatorum*, remuneranda cenſuit princeps, *l.5. §.3.* (*Harpax coronâ redimitus deſignat premia naviculariorum; & clava, quæ coronam habet, gladitorum.*) ſecundam *legem cujusq. loci* (*l.5.§.1.*) Secundùm quam *ſenectus venerabilis* habita, atque huic eidem ferè honores tributi, qui magiſtratibus, *l.5.pr.* (*juſculo illo immunitatis etiam fruuntur ſenes venerabiles, qui ſunt ad menſam.*)

GENTIUM *jure ſancti ſunt legati*, (*l.ult.*) GESTANT GERMINA & ſagmina, legatorum inſigne (*jubar ſupra caput eorum, cum quo aliàs pinguntur ſancti, deſignat, quod ſint legati ſancti, l.ult.*)

HAMBURGUM, ejúsque civitatis *Res*, Adminiſtrat HAMBURGENSIS conſul. (*conſul ex habitu cognoſcitur; baculus denotat adminiſtrationem.*) Verùm *non* huic *uni* civitatis res fuerant commiſſæ, ſed etiam reliquis *HAMBURGENSIBUS* Conſulibus & *Senatoribus*, qui pro *diverſis muneribus* diverſa habent nomina. Non licet iis, quod ad certam ſpeciem civitatis relictum, *in alios uſus* convertere, *l.1.* Ac præterea reipublicæ non ſolùm *dolum*, ſed & *negligentiam* debent, *l.6.* Adeò ut, ſiquæ *deteriora nomina* facta, *periculum* ad ipſos pertineat, *l.ult.§.9.*

ILLEGITIMUS hic eſt *decuriorum numerus*, qui propterea *decreta* (*Decretum in menſâ poſitum*) faciunt ILLEGITIMA, *l.2.* (*tabula legis fracta.*) Ordo enim aliter non poterat haberi, *quàm duabus adhibitis partibus*; quum hîc ne quidem tertia ordinis pars adeſſet, *l.3.* Præfiniebant *numerum medicorum* conſtituendorum, quibus ſe liberóſque ſuos in ægritudine committerent, *l.1.* Qui verò adver-

(*Munerum vacationem nonnulli habent, vel* Excuſationem. *Vacatio Principis beneficio ad tempus conceditur:* E*xcuſatio perpetua eſt, quæ nititur cauſis legitimis & æquitate; videlicet, ſiquis habet excuſationem ætatis, abſentiæ, valetudinis, inopiæ, liberorum,* &c.)

Numerus liberorum, *aut ſeptuaginta annorum, ab honoribus aut muneribus his cohærentibus* E*xcuſationem non præſtat: ſed à muneribus tantùm civilibus*, l.2.§.1.

6. De Jure Immunitatis.

(Jus Immunitatis *eſt perſonale; neq. ad heredes tranſit, niſi poſteris quoq. ſit conceſſum*, l.4. Quo caſu tranſit ad *poſteros mares*, non in eos, qui ex Feminis nati ſunt, l.1.§.2. Sed immunitates collegiis, quæ operam reip. utilem præſtant, indultæ perpetuò durant, ut corpus Fabrorum, l.5.§.12.)

Remuneranda *pericula eorum*, (negotiatorum & naviculariorum) *quin etiam adhortanda præmiis, meritò placuit*, l.5.§.3.

Legem reſpici *cujusq. loci oportet*, l.5.§.1.

Semper in civitate noſtrâ ſenectus venerabilis *fuit. Namq. majores noſtri penè eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus, tribuebant. Circa munera quoq. municipalia ſubeunda idem honor ſenectuti tributus eſt*, l.5.pr.

7. De Legationibus.

(*Extra civitatem quoq. munera civitatis ſunt ſuſcipienda; quale eſt Legationis munus, quo publica negotia apud Principes vel alibi geruntur. certis hi fruuntur privilegiis.*)

Sancti *habentur legati*, l.ult.

8. De Adminiſtratione Rerum ad Civitates pertinentium.

(*Muneris ſpecies eſt* Adminiſtratio Rerum & *bonorum, quæ* ad civitatem pertinent. *Ea verò pluribus committi ſolet, qui pro diverſis muneribus diverſa habent nomina.*)

Quod ad certam ſpeciem *civitatis relinquitur, in alios uſus convertere non licet*, l.1.

Magiſtratus reip. *non dolum ſolummodò, ſed & latam negligentiam, & hoc ampliùs etiam diligentiam debent*, l.6.

Nominum, *quæ deteriora facta ſunt tempore curatoris, periculum ad ipſum pertinet*, l.ult.§.9.

9. De Decretis ab Ordine faciendis.

Illa decreta, *quæ non legitimo numero decurionum coacto facta ſunt, non valent*, l.2.

Lege municipali *cavetur, ut ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis*, l.3.

Medicorum intra numerum *præfinitum conſtituendorum arbitrium non præſidi provinciæ commiſſum eſt, ſed ordini & poſſeſſoribus cujusq. civitatis; ut, certi de probitate morum & peritiâ artis, eligant*

 ſuis

ipſi, quibus ſe, liberóſq; ſuos in ægritudine corporum committant, l. 1.

Pœnam ſuſtinere *non debet, qui* Ignorans *adverſùs decretum fecit*, l. ult.

ſûs hoc iſtorum *decretum* IGNORANTES fecerunt, non ſunt puniti, *l. ult.*

10. De Operibus Publicis.

Publico ſumptu opus novum *ſine Principis autoritate fieri non licet*, l. 3. §. 1.

Opus novum *privato etiam ſine Principis autoritate facere licet*, l. 3. pr.

Inſcribi nomen operi publico *alterius, quàm Principis, aut ejus, cujus pecuniâ id opus factum ſit, non licet*, l. 3. §. fin.

De operibus, *quæ in muris, vel portis, vel rebus publicis fiunt, aut ſi muri exſtruantur*, D. *Marcus reſcripſit, præſidem aditum conſulere Principem debere*, l. 6.

JOVIS templum, *opus novum*, non *publico ſumptu, l. 3. §. 1.* ſed *ſuo* fecerat *privatus, l. 3. pr. Suum* igitur & *Principis nomen* ei inſcribit, *l. 3. §. fin. (Princeps adſtat, cujus autoritate illa fiunt.)* Adeóque *munificentiæ ſuæ* fructum capit privatus iſte, *l. 2. pr.* Idem privatus exſtruxerat *portas & muros*, verùm cum Principis conſenſu, *l. 6.*

11. De Nundinis.

Nundinis impetratis *à Principe, non utendo, qui meruit, decennii tempore, uſum amittit*, l. 1.

(Nundinæ *dictæ, quod Romæ* nono die *habitæ. Conſtitutum enim erat, ut octo diebus ruſtici in agris opus facerent*, nono *autem* die *ad mercatum, legéſq; accipiendos Romam venirent*, Macrob. lib. 1. Satur. c. 16.)

LIBERÆ & LUCROSÆ ſunt LIPSIENSES *Nundinæ*, à Principe impetratæ, *l. 1.* Ruſtici quovis *nono die* ex agro LIPSIAM veniunt ad *mercatum, legéſq; accipiendas.*

12. De Pollicitationibus.

Pactum eſt *duorum conſenſus atq; conventio*: Pollicatio *verò offerentis ſolius promiſſum. Et ideo illud eſt conſtitutum, ut, ſi ob honorem* pollicitatio *fuerit facta, quaſi debitum exigatur. Sed & cœptũ opus, licèt non ob honorẽ promiſſum, perficere promiſſor eo cogetur, & eſt conſtitutum*, l. 3. pr.

(Fit *etiam promiſſio DEO aut Reip. appellatúrq;* votum, *quo perſona obligatur, non res, quæ vovetur*, ex l. 2.)

MURARIUS iſte MUNICIPIBUS illis, ſe MUROS MUNICIPII, quod ibidem incendio conflârat, ſuâ operâ reſtituturũ *Policetur*, quod etiam DEO & Reip. vovet, *ex l. 2. 3. 4.* (*Manu ſuâ* MURARIUS *commonſtrat* MUNICIPIUM; MUNICIPES *verò pro illâ pollicitatione gratias agunt* MURARIO.)

13. De Extraordinariis cognitionibus, & ſi judex litem ſuam feciſſe diceretur.

(*Supplementi loco heic adjiciuntur* Extraordinariæ cognitiones, *quæ certam & ordinariam juris formam non habent, ſed ab ipſo magiſtratu ſine ſtrepitu & figurâ judicii ex nobili officio ſummariè expediuntur: Veluti de mercedibus profeſſorum ſtudiorum liberalium, medicorum, obſtetricum, &c: Judex ad cauſam datus, ſi ſententiâ ſuâ quem læſit, litem ſuam feciſſe dicitur*, l. 1. & 6.)

Medici ſalutis hominum *curam agunt*; *philoſophi ſtudiorum*, l. 1. §. 1.

Eſt quidem res ſanctiſsima, *civilis ſapientia: ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda*, l. 1. §. 5.

Quædam, tametſi honeſtè *accipiantur, inhoneſtè tamen petuntur*, l. 1. §. 5.

Exiſtimatio *eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro autoritate legum aut minuitur, aut conſumitur*, l. 5. §. 1.

Minuitur exiſtimatio, *quoties, manente libertate, circa ſtatum dignitatis pœnâ plectimur*, l. 5. §. 2.

NORMA *Extraordinariarum Cognitionum* examinatur à NUMERO certo *præceptorum* & *profeſſorum* ſtudiorum liberalium: quoniam ad ipſos pertinent. In NUMERO illo erant *Rhetor, Grammaticus, Geometra, (l. 1. pr.)* & *Medicus, l. 1. §. 1.* At philoſophi in profeſſorum NUMERUM non ſunt admiſſi, niſi *mercenariam operam* ſpernerent, *l. 1. §. 4.* Neque hoc in caſu admiſſi civilis ſapientiæ profeſſores: quòd illa *pretio* NUMMARIO *non ſit æſtimanda, l. 1. §. 5. (projecit* NUMMOS *cum crumenâ civilis ſapientiæ profeſſor.)* Poterat tamen NUMMARIUM pretium *honeſtè accipi*, licèt *inhoneſtè* peteretur, *l. 1. §. 5.* (*hæc leguntur in picturâ.*) Qui verò accipiebant, eorum *exiſtimatio* minuta, & *ſtatus, (l. 5. §. 1. & 2.)* Cæterùm admiſſi in NUMERUM eorum, de quibus *Extraordinariè cognoſceret* præſes, *ludi literarii magiſtri, l. 1. §. 6. & Nutrices, l. 1. §. 14.* Non verò admiſſi NOTARII, *librarii, calculatores*, cæterarúmque artium *opifices, l. 1. §. 7.*

Occur-

OCCUPATUS *Proxeneta* (der Meckeler) in commerciis inter mercatores illos contrahendis: pro adhibitâ Operulâ, licèt ſordidâ, petit *Proxeneticum*.

Ex PAGI hujus PRÆDIIS, PROXIMISQUE PASCUIS & *PRATIS*, *Cenſus* dandus eſt PRINCIPI, ſecundùm PUBLICAS tabulas. Sed cùm PORTIO agri chaſmate periiſſet, PARS à cenſitore fuit relevata, *l. 4.* (*Pecunia* in ſacco *ſignificat cenſum.*) Horum enim Prædiorum *Perſonis data immunitas* cum Perſonis fuerat extincta; in *Cenſum* igitur veniebant *Prædia*, *l. 3. §. fin.*

QUIS complectitur tam *maſculos*, quàm *feminas*, *l. 1.* QUID ſignificent verba hæc, QUOD & *QUANTI*, explicatur hoc titulo.

RATIONALES ſunt REGULÆ iſtæ, à RATIONE RECTA profectæ. (REGULÆ variæ ſunt circa *juſculum*, quod jus deſignat.)

14. De Proxeneticis.

(Proxeneta eſt, *qui intervenit faciendi nominis causâ*, (l. 2.) *Qui emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis utiles non adeò improbabili more ſe exhibent interpretes, de quibus tamen præſes, licèt operula eorum habeatur ſordida, cognoſcit*, l. 3.)

15. De Cenſibus.

(Extraordinariè etiam cognoſcitur *de Cenſibus*, *ob* Periculum *moræ quam* P*ublicæ neceſſitates non* P*atiuntur.* Penduntur *autem cenſus à civibus municipio, & à municipio* Principi. *Forma*, *Profeſſio & ſolutio cenſus* deſcribuntur lege 4.)

Formâ Cenſuali cavetur, *ut agri ſic in cenſum referantur: Nomen fundi cujusq; & in quâ civitate, & quo Pago ſit, & quos duos vicinos* Proximos *habeat*, &c: l. 4. pr.

Perſonis data immunitas *cum Perſonâ extinguitur*; *rebus nunquam extinguitur*, l. 3. §. fin.

16. De Verborum ſignificatione.

Verbum hoc, Si Quis *tam maſculos, quàm feminas complectitur*, l. 1.

(*Singulæ hujus tituli leges imaginibus expreſſæ in Memoriali noſtro Inſtitutionum juris exhibentur.*)

17. De Diverſis Regulis juris.

(*Hæ quoq;* Regulæ *ſingulæ imaginibus & figuris efficta in noſtro Inſtitutionum juris Memoriali offeruntur diſcentibus.*)

DIGESTORUM FINIS.

Joh. Oldendorpius JC. de formul. action. p. m. 346.

Pro Commentariis ac Repertoriis Doctorum adeundi ſunt auctores legum Romanarum. Incredibile enim dictu eſt, imo ne dici quidem ſatis poteſt, quantum profuerit *aſueſcere lectioni Romanorum Juriſconſultorum & Imperatorum.* Primùm quòd *auctoritas eorum certa eſt & neceſſaria;* cum interim Doctorum præceptiones non niſi probabiles ac incertæ: deinde quod ingenia ſtudioſorum transformari ſolent in mores & phraſin loquendi præceptorum, &c.

Franciscus Balduinus JC. ap. Nic. Henel. in comm. de vett. JCtis in prœm.

Non invitus fateor, ultro etiam profiteor, eſſe illud *valde profectò conciſum, quod ex veterum legum Romanarum tabulis atq; commentariis Juſtinianus collegit,* & libris ſuis incluſum poſteritati reliquit. Sed qualescunque reliquiæ ſint, eæ tamen ſunt, quæ reconditos theſauros continent maximarum rerum: vixque ulla uſquam alia ſuperſunt antiquitatis monumenta, quæ plus habeant aut veteris memoriæ, aut civilis prudentiæ atque æquitatis: ut quò magis dolemus uberiores ipſos fontes eſſe interciſos, tantò magis debeamus hoſce rivulos, qui ad nos pervenerunt, continere: & tanquam ſuperſtites ex triſtiſſimo naufragio tabulas ſtudioſè colligere, ſive Latinæ Linguæ, ſive hiſtoriæ & antiquitatis, ſive Philoſophiæ, ſive juris humani nos ulla cura tangit.

Gaspar Scioppius
Conſultatione ſecunda
De Prudentiæ & Eloquentiæ parandæ modis in adoleſcentis cujusdam Germani uſum.

Poſtquam Epitomen illam memoriæ penitus infixeris, omnesque definitiones & diviſiones promptiſſimè reddere ex eâ poteris, proxima tibi cura erit, ut *Titulos Digeſtorum & Codicis* tibi familiares reddas. Quod quidem, *ſi Memoriæ* Localis (quam vocant) *artificium ſcires, uno ſolo octiduo facillimè præſtares.* Sed etiam ſine illo artificio non parum proficies, ſi Titulos omnes uno folio aperto acpatente deſcriptos ſic parieti cubiculi tui affixeris, ut ſemper in conſpectu ſint, & quotidie perlegere volueris.